Διακοσιάκις, ducenties.

Διακόσιοι, αι, α, ducenti. 2) duceni. E δ. quatenus idem est, atque δὶς, *bis*, & ἑκατόν.

Διακοσιοπλάσιος, ας, ον, ducentiplex. A præc.

Διακοσιοστὸς, ὴ, ὸν, ducentesimus. Ab eod.

Διακοσμέω, ῶ, f. ήσω, ordino, distribuo, digero. 2) compono, adorno, exorno.

Διακόσμησις, εως, ἡ, ordinatio. 2) distributio. 3) gubernatio. A præc.

Διάκοσμος, ου, ὁ, ordo & rerum digestio, numeros omnes concinnitatis habens.

Διακοράζομαι, f. άσομαι, Etymol. intentis pupillis sive oculis adspicio. Ex διὰ & κόρη, sive κόρα, *pupilla.*

Διακούω, f. ούσω, audio.

Διάκοψις, εως, ἡ, intercisio, dissectio. A διακόπτω.

Διακραδαίνω, f. ανῶ, quasso, concutio.

Διακράζω, clamo.

Διακρατέω, ῶ, f. ήσω, obtineo, dilabi e manibus non sino.

Διακράτησις, εως, ἡ, retentio, conservatio. A præc.

Διακραυγὴ, ῆς, ἡ, clamor.

Διακρέκω, f. ξω, citharam pulso.

Διακρημνίζω, præcipito e saxo, supplicii caussa.

Διακρηνόω, *Dor.* διακρανόω, fundo, e fonte refundo. E δ. & κρήνη.

Διακριβολογέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, accurate tracto, vel inquirendo, vel edisserendo, vel judicando.

Διακριβόω, ῶ, f. ώσω, accurate elaboro.

Διακριδὸν, *Adv.* discrete, distincte, diligenter. 2) præter ceteros, præcipue.

Διακρίνω, f. νῶ, discerno, dirimo, secerno. 2) dissipo, discutio. 3) dijudico, discepto. 4) *in pass.* (cum πρὸς) significat etiam adjungo me. 5) deficio, desicisco ad aliquem. 6) *med.* discepto, judicio contendo. 7) dubito, hæsito.

Διάκρισις, εως, ἡ, discretio, diremtio, secretio. 2) dissolutio. 3) judicium, dijudicatio. 4) certamen. A præc.

Διακριτικὸς, ὴ, ὸν, discernendi vim habens. 2) segregans, præditus vi discutiendi. Ab eodem.

Διακροβολίζομαι, f. ίσομαι, velitor. E δ. & ἀκρ.

Διακροβολισμὸς, ῦ, ὁ, velitatio.

Διακροτέω, pertundo, inco feminam.

Διάκρουσις, εως, ἡ, depulsio, veluti periculi, calumniæ &c. A διακρούομαι, *depello.*

Διακρουστικὸς, ὴ, ὸν, fallax, decipiens.

Διακρούω, f. ούσω, pulsando transfigo; *in medio potius est.* 2) depello. 3) rejicio, repudio. 4) retro ago, retro impello. 5) impello. 6) interpello. 7) eludo, fallo. 8) differo. 9) recuso.

Διακτενίζω, pecto.

Διακτενισμὸς, ῦ, ὁ, compositio capillorum.

Διακτορία, ας, ἡ, ministerium. 2) functio perferendi mandata. A seq.

Διάκτορος, ου, ὁ, minister. 2) nuncius, internuncius. Mercurii Epitheton, uti & sequens. A seq.

Διάκτωρ, ορος, ὁ, idem. A διάγω.

Διακτυπέω, strepo, sonum gravem edo.

Διακυβερνάω, ῶ, f. ήσω, guberno, rego.

Διακυβεύω, f. εύσω, alea ludo. 2) aleam, f. periculum adeo.

Διακυκάω, ῶ, f. ήσω, permisceo. 2) confundo.

Διακυκλέω, ῶ, f. ήσω, voluto.

Διακυλινδέω, ῶ, f. ήσω, pervolvo. 2) in diversas partes volvo.

Διακυμαίνω, fluctus cieo, concito.

Διακυνοφθαλμίζομαι, f. ίσομαι, caninis, i. e. impudentibus oculis adspicio. 2) in faciem procaciter resisto.

Διακύπτω, f. ψω, per foramen, fenestram, rimam, &c. perspicio, prospicio.

Διακυρίττεσθαι, dicuntur arietes inter se cornibus decertantes. 2) *Metaph. signif.* contendere. Hesychius.

Διακωδωνίζω, f. ίσω, tinnio. 2) tintinnabuli sono exploro, v. c. equum, an ferre possit, nec consternetur. 3) diligenter exploro, examino. 4) divulgo.

Διακώλυμα, ατος, τό, impedimentum.
Διακωλυτής, οῦ, ὁ, qui vetat, qui impedimento est.
Διακωλυτικός, ή, όν, impediendi vim habens.
Διακωλύω, f. ύσω. impedio, prohibeo, veto.
Διακωμῳδέω, ῶ, f. ήσω, comice decanto. 2) mordacibus dictis incesso, subsanno.
Διακωπηλατέω, remigo.
Διακωχή, ῆς, ἡ, intermissio, cessatio, pausa. 2) induciæ. v. ἀνακωχή.
Διαλαγχάνω, sortior, sortito divido.
Διαλακέω, ῶ, f. ήσω, dirumpor, cum sonitu dissilio. E δ. & λακέω, sono.
Διαλακτίζω, calcitrando repello.
Διαλαλέω, ῶ, f. ήσω, colloquor. 2) divulgo.
Διαλάλησις, ἡ, colloquium. 2) divulgatio.
Διαλαμβάνω, f. λήψομαι, divisim & sigillatim accipio. 2) intercipio, occupo. 3) distinguo, divido, partior. 4) dirimo, diduco, distineo. 5) interpello. 6) ornandi caussa distinguo, orno. 7) comprehendo, complector &c. 8) narro, vel dissero. 9) intelligo, capio. 10) statuo, censeo, dijudico. 11) consulto. 12) administro, rego.
Διαλάμπω, f. ψω, illucesco. 2) excello, splendeo.
Διάλαμψις, ἡ, splendor.
Διαλανθάνω, lateo, fallo, clam effugio.
Διαλγέω, ῶ, f. ήσω, vehementer doleo, acri dolore discrucior.
Διαλγής, έος, ὁ & ἡ, qui perdolet, vehementi dolore cruciatur. E δ. & ἄλγος, dolor.
Διαλεγδὸν, *Adv.* eximie, præcipue, insigniter. A seq.
Διαλέγω, f. ξω, deligo, secerno, eligo. 2) *pass.* & *med.* loquor, sermocinor, alloquor. 3) disputo.
Διαλείβομαι, restagno, deliquesco.
Διάλειμμα, ατος, τό, interstitium, intercapedo. A seq.
Διαλείπω, f. ψω, intermitto, interjicio. 2) disto, absum. 3) *cum Participio* desino.
Διαλείφω, f. είψω, perungo, perlino. 2) deleo.
Διαλείχω, f. λείξω, perlambo, perlingo.
Διάλειψις, εως, ἡ, intermissio. A διαλείπω.
Διαλεκτικεύομαι, subtiliter dissero. A seq.
Διαλεκτικός, ή, όν, differendi peritus. Διαλεκτική, ῆς, ἡ, sc. τέχνη, Dialectica, ars disserendi.
Διάλεκτος, ου, ἡ, modus loquendi peculiaris, idioma linguæ, Dialectus.
Διαλελυμένως, dissolute. E διαλύω.
Διάλεξις, εως, ἡ, sermocinatio, dissertatio, colloquium.
Διαλεπτολογέομαι, οῦμαι, argute dissero, subtiliter discepto, de rebus parvis argute disputo: *ut simplex*.
Διάλεπτος, ου, ὁ & ἡ, pertenuis, peregilis.
Διάλευκος, ου, ὁ & ἡ, albo intermixtus & distinctus.
Διάλημμα, ατος, τό, intercapedo. A διαλαμβάνω.
Διάληξις, εως, ἡ, divisio per sortem. A διαλαγχάνω.
Διαληπτικός, ή, όν, diligens, accuratus, qui res suis quasque capitibus digerit. A διαλαμβάνω.
Διάληψις, εως, ἡ, interceptio, intercapedo. 2) consilium, propositum, institutum. 3) disceptatio, ratiocinatio. 4) explicatio rei, quæ tractatur. 5) communicatio. 6) opinio, cogitatio, existimatio. 7) constitutio, decretum. Ab eod.
Διάλιθος, ου, ὁ & ἡ, gemmatus, gemmis distinctus.
Διαλιμπάνω, idem quod διαλείπω.
Διαλινέω, ῶ, f. ήσω, e reti evado seu effugio. E δ. & λίνον, rete.
Διαλιχμάζω, f. άσω, lambo. A διαλείχω.

Διαλλαγή, ῆς, ἡ, differentia. 2) reconciliatio. 3) permutatio ut mercium. A διαλλάττω.
Διάλλαγμα, τό, reconciliatio. 2) permutatio.
Διαλλακτήρ, ῆρος, ὁ, reconciliator, pacis auctor.
Διαλλακτήριος, ου, ὁ & ἡ, reconciliandi vim habens.
Διαλλακτής, οῦ, ὁ, reconciliator.
Διαλλάσσω, vel διαλλάττω, f. ξω, muto, permuto. 2) differo, dissideo. 3) reconcilio.
Διάλλομαι, transilio, dissilio.
Δίαλμα, ατος, τό, saltus.
Διαλογή, ῆς, ἡ, delectus, secretio. 2) dinumeratio. 3) oratio. 4) colloquium.
Διαλογίζομαι, f. ίσομαι, dissero, discepto. 2) discerno, distinguo. 3) rationem cum aliquo ineo. 4) ratiocinor, animo verso.
Διαλογικός, ή, όν, in dialogo scriptus.
Διαλογισμός, οῦ, ὁ, sermocinatio, confabulatio. 2) cogitatio hominis secum ratiocinantis. 3) nugæ, inanis cogitatio. 4) dubitatio.
Διαλογιστικός, ή, όν, ratiocinatus, considerationi, meditationi deditus.
Διάλογος, ου, ὁ, sermocinatio, sermo aliquorum inter se differentium aut confabulantium.
Διαλοιδορέω, ῶ, f. ήσω, & διαλοιδορέομαι, οῦμαι, conviciis lacero, maledictis insector, præsertim mutuis.
Διαλοιδόρησις, εως, ἡ, maledictio, maledicentia. 2) convicium, maledictum, jurgium, altercatio probrosa.
Διαλυγίζω, f. ίσω, flecto, ut λυγίζω.
Διαλύγισμα, ατος, τό, flexio, distorsio. A pr.
Διαλυμαίνομαι, noceo, detrimentum infero, corrumpo. 2) dilanio, dilacero, excarnifico.
Διάλυσις, εως, ἡ, dissolutio. 2) solutio æris alieni, & quicquid debes, *unde & gratiæ* relatio. 3) compositio, pacis conciliatio, fœdus. 4) mors, interitus.
Διαλυτής, οῦ, ὁ, dissolutor. A διαλύω.
Διαλυτικός, ή, όν, dissolvendi, expediendi, reconciliandi in gratiam vim habens. 2) paralyticus.
Διάλυτος, ου, ὁ & ἡ, dissolutus.
Διαλυτός, ή, όν, dissolubilis, qui dissolvi potest.
Διαλύτρωσις, εως, ἡ, redemtio. A λυτρόω.
Διαλύω, f. ύσω, dissolvo. 2) persolvo. 3) tollo, abrogo. 4) digredior, de pluribus digredientibus. διαλύεσθαι dicitur. 5) pacem inter aliquos compono. *Sed sic dicitur sæpius in med.* ubi διαλύεσθαι significat coalescere in concordiam renovata gratia.
Διαλφιτόω, ῶ, f. ώσω, farina conspergo. Verbum Aristophanicum. E διὰ & ἄλφιτον.
Διαλωβάομαι, ῶ, f. ήσομαι, mutilo, depravo, fœdo.
Διαμαθύνω, vasto, perdo, *ut simplex* ἀμαθύνω.
Διαμαλάττω, f. ξω, emollio, penitus emollio.
Διαμαντεύομαι, f. εύσομαι, vaticinor. 2) oraculum peto, consulo, augurium capto.
Διαμαρτάνω, f. αρτήσω, aberro. 2) adsequi nequeo. 3) fallo.
Διαμάρτημα, τό, error, aberratio, peccatum, delictum.
Διαμαρτία, ας, ἡ, idem.
Διαμαρτυρέω, ῶ, f. ήσω, exceptione utor, quæ διαμαρτυρία dicitur: *in Med.* 2) testor, contestor.
Διαμαρτυρία, ας, ἡ, contestatio, obtestatio. 2) testimonium. 3) in foro Attico est genus παραγραφῆς, exceptionis, cum actor aut reus contendit adhibitis testibus, actionem dari posse aut non posse.
Διαμαρτύρομαι, testificor, valde obtestor. 2) demonstro, doceo, in primis in re mala.

Διαμασάομαι, & διαμασσάομαι, ῶμαι, fut. ήσομαι, mando, commanduco.
Διαμάσημα, vel διαμάσσημα, ατος, τὸ, manſum, quod manſum eſt.
Διαμάσησις, εως, ἡ, ipſa actio manducandi.
Διαμασητὸς, ἡ, ὸν, vel διαμασσητὸς, manſus, commanſus.
Διαμάσσω, -άττω, f. ξω, ſubigo, pinſo, ut *ſimplex* μάσσω.
Διαμαστιγόω, ῶ, f. ώσω, flagello, flagris cædo.
Διαμαστίγωσις, εως, ἡ, flagellatio.
Διαμαστροπεύω, f. εύσω, lenociniis concilio, lenonem ago, interpretem flagitiorum, ut μαστροπεύω.
Διαμασχαλίζω, ſuffarcino. E δ. & μασχάλη.
Διαμάχη, ης, ἡ, pugna, depugnatio.
Διαμάχομαι, f. ήσομαι, έσομαι, & οῦμαι, dimico, depugno, acriter pugno. 2) repugno.
Διαμάω, ῶ, f. ήσω, demeto, abſcindo. 2) *med.* egero, v. c. nivem, terram. Polyb. haurio. Joſ. diſturbo, ut rutro vel ligone. E δ. & ἀμάω.
Διαμεθίημι, dimitto e manibus, omitto.
Διαμείβω, f. ψω, commuto, permuto.
Διαμειδιάω, ῶ, f. άσω, ſubrideo, rideo blandum.
Διαμειρακιεύομαι, διαμειρακίζομαι, f. εύσομαι, adoleſcentior. 2) ludo, exſulto. 3) juveniliter & jactabunde per levitatem puerilem contendo cum aliquo &c.
Διάμειψις, εως, ἡ, permutatio. A διαμείβω.
Διαμελαίνω, f. ανῶ, nigro, nigrefacio.
Διαμελεϊστὶ, *Adv.* membratim, per partes, *ut ſimplex* μελεϊστί.
Διαμελετάω, exerceo aliquid, *ut ſimplex*.
Διαμελίζω, f. ίσω, membratim concido. 2) contrunco.
Διαμελισμὸς, ῦ, ὁ, conciſio in fruſta.
Διαμέλλησις, εως, ἡ, cunctatio, mora.
Διαμελλητὴς, ῦ, ὁ, cunctator, procraſtinator.
Διαμέλλω, f. ήσω, futurus ſum. 2) cunctor, moror. 3) differo.
Διαμέμφομαι, incuſo, conqueror, accuſo.
Διαμένω, f. ενῶ, p. μεμένηκα, permaneo, perduro.
Διαμερίζω, f. ίσω, partior, diſtribuo.
Διαμερισμὸς, ῦ, ὁ, partitio. 2) diſcidium.
Διάμεσος, ε, ὁ & ἡ, intermedius. 2) qui mediocris fortunæ eſt.
Διάμεστος, ε, ὁ & ἡ, plenus, refertus.
Διαμεστόω, ῶ, f. ώσω, repleo, impleo, refercio.
Διαμετρέω, ῶ, f. ήσω, dimetior, admetior. 2) diſtribuo.
Διαμέτρησις, εως, ἡ, dimenſio.
Διαμετρητὸς, ἡ, ὸν, dimenſus.
Διάμετρος, ε, ἡ, ſc. γραμμὴ, Diametrus, linea dimetiens, per medium ſecans. Hinc ἐκ διαμέτρε, directe ex oppoſito.
Διαμηρίζω, f. ίσω, femora diduco, ſenſu obſceno. E διὰ & μηρός.
Διαμηρισμὸς, ῦ, ὁ, femorum diductio, eodem ſenſu. A pr.
Διαμηχανάομαι, ῶμαι, f. ήσομαι, molior, machinor, conor efficere arte adhibita.
Διαμηχανητέον, elaborandum, quærendum.
Διαμίγνυμαι, permiſceo.
Διαμικρολογέομαι, ῦμαι, f. ήσομαι, nimis μικρολόγος, i. e. ſordidus ſum. v. μικρολόγος.
Διαμιλλάομαι, ῶμαι, f. ήσομαι, contendo, decerto. E διὰ & ἁμιλλάομαι, *certo*.
Διαμινυρίζω, exili & propemodum querula voce cantillo, *ut ſimplex*.

Διαμίσγω, permiſceo.
Διαμισέω, ῶ, f. ήσω, penitus odi.
Διαμοιρηδὸν, *Adv.* æquis portionibus. E διὰ & μοῖρα.
Διάμμος, ε, ὁ & ἡ, arenoſus.
Διαμνάομαι, recordor.
Διαμνημονεύω, f. εύσω, in memoriam revoco, commemoro. *mel.*
Διαμοιράομαι, ῶμαι, f. ήσομαι, diſpertior, divido.
Διαμονὴ, ῆς, ἡ, permanſio, ſtabilitas, perennitas.
Διαμονομαχέω, ῶ, idem quod μονομαχέω. contendo cum aliquo pugna ſingulari.
Διαμορφοσκοπέω, ῶ, f. ήσω, formas ſpecto, de forma alicujus e diligenti inſpectione judico.
Διαμορφόω, ῶ, f. ώσω, deformo, informo, effingo.
Διαμόρφωσις, ἡ, formatio.
Διαμοτόω, ῶ, f. ώσω, linamentum vulneri indo, ne coeat: *ut ſimplex*.
Διαμοχλίζω, amolior vectibus, aut diſſipo, frango, rumpo admotis vectibus.
ΔΙΑΜΠΑ'Ξ, *Adv.* penitus, prorſus. 2) ſemper. 3) utrimque.
Διαμπείρω, penitus transfigo. E διὰ ἀνὰ & πείρω, *transfigo*. (vel potius ex διὰ & πείρω, ſolummodo, ut α redundet.)
Διαμπερὲς, *Adv.* prorſus, perpetuo. A pr.
Διαμπερέως, *Adv.* idem. A pr.
Διαμυδάω, nimio humore, ſudore, marceſco, computreſco.
Διαμυθέομαι, ῦμαι, aliter loquor, quam res eſt.
Διαμύθησις, εως, ἡ, fallens ratio, paralogiſmus.
Διαμυθολογέω, ῶ, f. ήσω, & διαμυθολογέομαι, ῦμαι confabulor. 2) diſputo, diſſero.
Διαμυθολογικὸς, ἡ, ὸν, fabuloſus.
Διαμυθολογικῶς, *Adv.* fabuloſe.
Διαμυλλαίνω, f. ανῶ, labra torqueo, rictu os diſtraho. 2) tortis labris illudo, paſtoritia fiſtula proſequor. E διὰ & μυλλὸς, *curvus*.
Διαμυσίλλω, diſſeco in fruſta.
Διαμφίδιος, ε, ὁ & ἡ, ſeorſim poſitus. 2) ſeparatus. 3) diverſus. 4) alienus. E διὰ & ἀμφίς.
Διαμφὶς, *Adv.* utrimque. 2) ſeorſim.
Διαμφισβητέω, ῶ, f. ήσω, controverſor, diſcepto.
Διαμφισβήτησις, εως, ἡ, dubitatio. 2) altercatio, τὸ ἀμφισβητήσιμον, res controverſa, Polyb.
Διαμφοδέω, ῶ, f. ήσω, devio, in bivio ab alio digredior. E διὰ & ἄμφοδος, *bivium*.
Διαμωκάομαι, ῶμαι, f. ήσομαι, irrideo, illudo.
Διαμώκησις, εως, ἡ, irriſio, illuſio, ſubſannatio.
Διαναβάλλω, differo, procraſtino.
Διαναγινώσκω, lego.
Διαναγκάζω, f. άσω, cogo.
Διαναγκασμὸς, ὁ, coactio. 2) membri reſtitutio in locum ſuum vi inſtrumenti, quod & ipſum ſic vocatur.
Διανακαθίζω, idem quod καθίζω.
Διανακλάω, ῶ, f. άσω, reflecto, refringo.
Διαναπαύω, f. αύσω, recreo, quietem do, ut exercitui iter facienti.
Διανάσσω, interfarcio, farciendo comprimo, ut νάσσω.
Διανάστασις, εως, ἡ, conatus aſſurgendi, aſſurrectio, & eam conſequens diſceſſus.
Διαναυμαχέω, ῶ, f. ήσω, navali prælio dimico.
Διανάω, perfluo.
Διάνδιχα, *Adv.* biſariam. E δ. & ἄνδιχα, *idem*.
Διανέμησις, εως, ἡ, diviſio, diſtributio. 2) diſſipatio.
Διανεμητικὸς, ἡ, ὸν, qui diſtribuit. Polyb.
Διανεμόω, ῶ, f. ώσω, ventilo. 2) ventis expono. E δ. & ἄνεμος.
Διανέμω, diſtribuo, divido, partior.

Διανενοημένως, cogitate, prudenter. A διανοέομαι.
Διάνευμα, τὸ, actus annuendi. A διανεύω.
Διανευρόω, f. ώσω, idem quod νευρόω.
Διανεύω, f. εύσω, annuo, innuo. 2) cum acc. rei, vitare. Polyb.
Διανέω, f. νεύσω, enato. 2) evado periculum, molestiam.
Διανήθω, f. ήσω, neo.
Διάνημα, τὸ, filum, stamen.
Διανηστεύω, jejuno.
Διανηστισμὸς, ῦ, ὁ, jentaculum. 2) jentaculi sumtio. E δ. & νῆστις, jejunus.
Διανήχομαι, f. ξομαι, transnato, natando pervenio. 2) transeo.
Διάνηψις, εως, evaporatio, exhalatio crapulæ. A διὰ & νήφω, *sobrius esse*.
Διανθέω, ῶ, f. ήσω, floreo.
Δίανθος, ου, ὁ & ἡ, duplicem florem habens. E δὶς & ἄνθος.
Διανθίζω, f. ίσω, floridum reddo, floridis coloribus pingo, variego.
Διανιάω, & άομαι, vehementer ango.
Διανίζω, idem quod seq.
Διανίπτω, f. ψω, perluo, eluo, abluo.
Διανίσσομαι, transeo.
Διανίστημι, f. στήσω, excito, exsuscito. 2) excito, incito. 3) aor. 2. consurgo. 4) impetum facio, cum εἰς. *In med.* assurgo, surgere conor.
Διάνιψις, εως, ἡ, lotio.
Διανοέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, ratiocinor, mente agito, sentio, statuo, excogito.
Διανόημα, ατος, τὸ, cogitatum. 2) commentatio. 3) sententia.
Διανόησις, εως, ἡ, ipsa actio cogitandi.
Διανοητικὸς, ἡ, ὸν, ad cogitationem pertinens, in cogitatione & commentatione positus. 2) cogitatione valens, ingeniosus.
Διανοητῶς, mente & cogitatione.
Διάνοια, ας, ἡ, mentis agitatio, cogitatio. 2) mens, animus. 3) ingenium. 4) sententia, sensus.
Διανοίγω, f. ξω, adaperio.
Διάνοιξις, εως, ἡ, apertio.
Διανομεὺς, έως, ὁ, divisor, distributor, dispensator.
Διανομὴ, ῆς, ἡ, divisio, distriburio, largitio.
Διανομοθετέω, ῶ, f. ήσω, fero leges, statuo.
Διανοσέω, diu ægroto.
Διανοσφίζω, f. ίσω, disjungo, dirimo, divido.
Διαντιαῖος, αία, αῖον, adversus, ex adverso penetrans.
Διαντλέω, ῶ, f. ήσω, exhaurio, velut sentinam. 2) tolero, perfero multas molestias.
Διαντλίζομαι, idem.
Διανυκτερεύω, pernocto.
Διάνυσις, εως, ἡ, confectio v. c. itineris.
Διάνυσμα, ατος, τὸ, idem. *it.* quod confectum est. A seq.
Διανύω, & διανύτω, f. ύσω, absolvo, expedio, perficio, *in pr.* iter, *ubi est* & pervenio.
Διαξαίνω, carmino, carpo. 2) cædo, ut simpl. ξ.
Διαξηραίνω, exsicco.
Διαξιφίζομαι, digladior, gladio certo. E διὰ & ξίφος.
Διάξυσμα, τὸ, columnæ canaliculus, *strigem* vulgo vocant. A seq.
Διαξύω, f. ύσω, radendo strias, canaliculos facio.
Διαπαγκρατιάζω, f. άσω, pancratio certo.
Διαπαιδαγωγέω, ῶ, f. ήσω, instituo pueros. 2) moderor. 3) inservio, accommodo me.
Διαπαιδεύω, f. εύσω, instituo, erudio, doceo.
Διαπαίζω, f. ξω & σω, illudo, ludificor, irrideo.

Διαπαλαίω, f. αίσω, colluctor.
Διαπάλη, ης, ἡ, colluctatio.
Διαπάλλω, quasso, concutio.
Διαπαλύνω, in partes minutas comminuo. 2) conspergo v. c. farina, nive.
Διαπαννυχίζω, f. ίσω, totam noctem pervigilio transigo, pernocto.
Διαπαννυχισμὸς, ῦ, ὁ, pervigilium.
Διαπαντὸς, *Adv.* semper.
Διαπαπταίνω, circumspicio.
Διαπαρακύπτω, f. ψω, idem quod παρακ.
Διαπαρατριβὴ, ῆς, ἡ, idem quod παρατριβή.
Διαπαρθενεύω, f. εύσω, devirgino, vitio virginem.
Διαπαρθένια sc. δῶρα, dona quæ dantur pro virginitate ademta.
Διαπαροξύνω, exaspero, irrito.
Διάπαρσις, εως, ἡ, transfixio. A διαπείρω, *transfigo*.
Διάπασμα, ατος, τὸ, medicamentum corpori, vel potui inspersum, unguentum, quo crines &c. adsperguntur. A διαπάσσω.
Διαπασσαλεύω & Διαπατταλεύω, distendo clavis ab extrema parte fixis, ut corium bubulum. *item* clavis figo.
Διαπάσσω, vel διαπάττω, f. άσω, inspergo.
Διαπατάω, f. ήσω, fallo, decipio. Ab ἀπατάω.
Διαπατέω, conculco. A πατέω.
Διάπαυμα, ατος, τὸ, intermissio, cessatio.
Διάπαυσις, εως, ἡ, idem.
Διαπαύω, f. αύσω, idem quod simplex.
Διαπειλέω, ῶ, f. ήσω, interpositis minis territo, minitor, interminor.
Διαπεινάω, ῶ, f. ήσω, valde esurio.
Διάπειρα, ας, ἡ, experientia, periculum. ἐπὶ διαπείρᾳ, periculi faciendi ergo, quo cognoscatur aut rei natura, aut successus fortuna.
Διαπειράζω, f. άσω, tento.
Διαπειράω, ῶ, f. άσω, tento, sollicito. 2) capto.
Διαπείρω, f. ερῶ, transfigo, transadigo, ut πείρω.
Διαπελεκίζω, f. ίσω, securi percutio seu ferio, deglabro, dedolo.
Διαπέμπω, f. ψω, transmitto. 2) dimitto, in varia loca mitto.
Διαπενθέω, ῶ, f. ήσω, lugeo, luctum dego, absolvo.
Διαπεποιημένως, elaborate, fabre, eleganter. A διαποιέω.
Διαπέπτω, f. διαπέσσω, f. ψω, percoquo.
Διαπεραίνω, f. ανῶ, ad finem perduco, absolvo.
Διαπεραιόω, f. ώσω, trajicio, transveho.
Διαπεραίωσις, εως, ἡ, trajectus.
Διαπέραμα, τὸ, trajectus. 2) fretum.
Διαπεράσιμος, ον, pervius.
Διαπεράω, ῶ, f. άσω, trajicio, transmitto.
Διαπέρθω, f. πέρσω, devasto, everto, depopulor.
Διαπεριπατέω, deambulo.
Διαπερονάω, ῶ, f. ήσω, fibula trajicio, necto.
Διαπετάζω, f. άσω, aperio, pando.
Διαπετάννυμι, & -ύω, f. τάσω, idem.
Διαπέτομαι, & -αμαι, f. πτήσομαι, pervolo.
Διαπεττεύω, calculum aliter pono, item ut *med.* calculis ludo, & ludum finio.
Διάπεψις, ἡ, concoctio. A διαπέπτω.
Διάπηγα, ων, τὰ, intercolumnia, columnæ parvæ inter majores dispositæ.
Διαπήγνυμι, f. ξω, compingo, concinno, compono.
Διαπηδάω, ῶ, f. ήσω, transilio, saltu supero.
Διαπήδησις, εως, ἡ, transitus, qui saltu fit.
Διαπηδύω, f. ύσω, scaturio. 2) Hesych. διαπηδύει, διαπηδᾷ, transilit.

Διαπαιπαλίζω, f. ίσω, decipio, fallo.

Διαπήρωμα, ατος, τὸ, quod mutilatum est. E διὰ & πηρόω, mutilo.

Διαπιαίνω, fut. ανῶ, pinguefacio, pinguedine distendo.

Διαπιδύω, idem quod διαπηδάω.

Διαπιέζω, f. έσω, comprimo.

Διαπιθηκίζω, f. ίσω, ludo more simiæ. E διὰ & πίθηξ, vel πίθηκος, simia.

Διάπικρος, ον, amarus.

Διαπιμπρημι, f. πρήσω, peruro, percalefacio.

Διαπίνω, propino, ad bibendum provoco, vel certo bibendo. 2) bibo strenue.

Διαπιπράσκω, fut. πράσω, divendo.

Διαπίπτω, f. πεσοῦμαι, intercido, interlabor, elabor, quasi e manibus: unde 2) excido, de verbis, dictis &c. emano in vulgus. 3) vanesco, intereo, diffluo. 4) pecco, labor, verbis factisve, aberro a vero & justo. v. διάπτωμα.

Διαπιστεύω, f. εύσω, fidei alicujus committo. 2) διαπιστεύομαι, committitur fidei meæ. 3) creditur mihi, fides habetur mihi. E δ. & πιστεύω.

Διαπιστέω, ῶ, f. ήσω, prorsus diffido, fidem non habeo. E δ. & ἀπιστέω.

Διάπλασις, εως, ἡ, formatio, conformatio. 2) species.

Διάπλασμα, τὸ, formatio, conformatio.

Διαπλασμὸς, ὁ, idem.

Διαπλάσσω vel διαπλάττω, f. πλάσω, fingo, formo. 2) ap. medicos, in locum restituo membrum.

Διαπλαστικὸς, ή, όν, effingendi vi præditus.

Διαπλατύνω, dilato.

Διαπλέκω, f. ξω, diduco. 2) intertexo, intexo. 3) pertexo, contexo. 4) implico. 5) perrumpo, v. c. exercitum. 6) traducere, sc. vitam,

Διαπεπλεγμένα, diducta, divaricata. A pr.

Διάπλεως, ω, ὁ & ἡ, plenus.

Διαπλέω, f. εύσω, navigando transeo, trajicio.

Διαπλήθω, f. ήσω, expleo, compleo.

Διαπληκτίζομαι, f. ίσομαι, usque ad plagas pervenio in altercatione. 2) dimico, pugno. 3) lacesso, confligo, sensu turpi.

Διαπληκτισμὸς, ῦ, ὁ, altercatio, qua venitur ad manus.

Διαπλήσσω, fut. ξω, ictu perstringo, ictu diffringo, diffindo. 2) dissipo. 3) διαπλήσσεσθαι, divaricari. (nisi hoc est potius διαπλίσσ.)

Διαπλοκὴ, ῆς, ἡ, simultas. 2) permistio, confusio. A διαπλέκω, n. 1. 4.

Διάπλοκος, ε, ὁ & ἡ, implicitus. Ab eod.

Διάπλοος, contr. διάπλους, ε, ὁ, trajectus, trajectio, transmissio.

Διαπλώω, f. ώσω, navigationem conficio. 2) emetior, transigo.

Διάπνευμα, τὸ, vapor, exhalatio.

Διάπνευσις, εως, ἡ, halitus, exhalatio.

Διαπνευστικὸς, ὁ & ἡ, dissipandi vel exspirandi vim habens.

Διαπνέω, fut. εύσω, perflo, perspiro. 2) diffluo. 3) respiro. 4) flatum ventris emitto.

Διαπνοὴ, ῆς, ἡ, perflatus.

Διαποδίζω, f. ίσω, pedibus dimetior. 2) examino.

Διαποδισμὸς, ῦ, ὁ, genus saltationis.

Διαποιέω, conficio, transigo.

Διαποικίλλω, vario, variego.

Διαποίκιλος, ε, ὁ & ἡ, variegatus, diversicolor.

Διαπολεμέω, ῶ, f. ήσω, bello decerto. 2) debello.

Διαπολέμησις, εως, ἡ, decertatio. 2) belli confectio.

Διαπολιορκέω, ῶ, f. ήσω, constanter obsideo.

Διαπολιτεία, ας, ἡ, concertatio de rebus ad reip. administrationem pertinentibus.

Διαπολιτεύομαι, fut. εύσομαι, concerto de rebus ad administrationem reip. pertinentibus. 2) in reipublicæ administratione versor.

Διαπόλλυμι, f. ολέσω, p. ολώλεκα, perdo, interimo.

Διαπομπὴ, ῆς, ἡ, transmissio, dimissio. A διαπέμπω.

Διαπόμπησις, ἡ, idem. 2) depulsio, amolitio.

Διαπόμπιμος, ε, ὁ & ἡ, transmissus. 2) trajectui idoneus.

Διαπονέω, ῶ, f. ήσω, elaboro, expolio. 2) operam do. 3) exerceo. 4) factito. 5) in pass. laboribus exerceor. 6) laboro. διαπεπονημένος, studiosus alicujus artis, eamque exercens, tritus in aliqua re longo usu, fabre factus.

Διαπόνημα, ατος, τὸ, labor & exercitatio.

Διαπονηρεύομαι, callide, improbe facio.

Διαπόνησις, εως, ἡ, idem quod διαπόνημα.

Διάπονος, ε, ὁ & ἡ, laboriosus, laborum patiens.

Διαπόντιος, ε, ὁ & ἡ, qui per mare fertur. 2) maritimus, ut πόλεμος. 3) transmarinus.

Διαπόνως, Adv. laboriose, magno cum labore.

Διαπορεία, ας, ἡ, iter per aliquem locum. 2) intercessio.

Διαπορεύομαι, f. εύσομαι, eo per locum aliquem. 2) eo, proficiscor. 3) enarro, ut διέρχομαι.

Διαπόρευσις, εως, ἡ, idem quod διαπορεία.

Διαπορέω, ῶ, fut. ήσω, hæsito, dubito, ambigo. 2) dubitationem adfero, addubitans quæro. 3) quæro, disquiro de re aliqua. 4) egeo, indigeo. E διὰ & ἀπορέω, dubito.

Διαπόρημα, τὸ, angor, æstuatio, corporis inquieta jactatio.

Διαπόρησις, εως, ἡ, dubitatio, addubitatio.

Διαπορητικὸς, ή, όν, dubitativus, dubii plenus.

Διαπορητικῶς, Adv. dubitanter.

Διαπορθέω, ῶ, f. ήσω, devasto, depopulor. v. διαπορθω.

Διαπορθμευτικῶς, Adv. transportando, transmittendo.

Διαπορθμεύω, f. εύσω, transfreto. 2) transporto. 3) interpretor.

Διαπορριπτέω, de pluribus dicitur in diversas partes se proripientibus.

Διαπόρφυρος, ε, ὁ & ἡ, q. d. ex quo aliquid purpurei coloris perlucet: purpureus, purpura interstinctus.

Διαποστέλλω, f. ελῶ, amando in diversas partes. 2) dimitto, seu emitto nuncium.

Διαποστολὴ, ῆς, ἡ, missio internuncii.

Διαπραγματεύομαι, idem quod πραγματεύομαι. efficere, cognoscere cupio, laboro in re aliqua, quæro aliquid, molior, machinor.

Διάπραξις, εως, ἡ, confectio negotii. 2) negotium ipsum.

Διάπρασις, εως, ἡ, venditio, divenditio.

Διαπράσσω, vel διαπράττω, f. ξω, concio, efficio. 2) obtineo, impetro. 3) transigo cum aliquo. 4) in med. dicitur & in malam partem, de iis, qui pecunia aliquid conficiunt, largitionibus ambiunt, & extorquent ea, quæ parant.

Διαπρέπεια, ας, ἡ, magnificentia, excellentia.

Διαπρεπὴς, έος, ὁ & ἡ, eximius, illustris.

Διαπρέπω, decorus sum & excello inter alios.

Διαπρεπῶς, Adv. decore, eximie, magnifice.

Διαπρεσβεία, ας, ἡ, legatorum intercessio.

Διαπρεσβεύω, fut. εύσω, legatos dimitto; & διαπρεσβεύομαι, legatus mittor, sum, legatione fungor.

Διαπρήθω, f. ήσω, penitus inflammo, peruro.

Διαπρίω, f. ίσω, serra disseco.

Διαπριστὸς, όν, dissectus.

Διαπρὸ, Adv. per totum, penitus.

Διαπροστατέω, præsum rei, auctor sum, moderator.

Διαπρύσιος, ου, ὁ & ἡ, & διαπρύσιος, ία, ιον, penetrabilis, penetrans. 3) clarus, qui audiri perspicue potest.

Διαπρυσίως, *Adv.* clare, clara voce. A pr.

Διαπταίω, f. αίσω, offendo, titubo.

Διαπτερνιστής, ὁ, calcitro.

Διαπτερόω, f. ώσω, alas explico seu expando, volandi ergo. 2) pennis instruo.

Διαπτερύσσω, idem.

Διαπτέρωσις, εως, ἡ, expansio alarum. 2) purgatio aurium, quæ fere fit penna, ap. Hipp.

Διαπτίσσω, f. ίσω, tundo, comminuo.

Διαπτοέω, ῶ, f. ήσω, perterrefacio. *Poet.* διαπτοιέω. 2) amore incendo. *Pass.* vehementi amore vel formidine capior, dementor.

Διαπτοίησις, & διαπτόησις, εως, ἡ, ap. Plat. pavor attonitus. 2) vehemens libido, amor, &c.

Διαπτυΐζω, ventilo, λικμάω. A πτύον, *ventilabrum*.

Διάπτυξις, εως, ἡ, explicatio, solutio. A seq.

Διαπτύσσω, f. ξω, explico, quod complicatum est. 2) expando, aperio.

Διάπτυστος, ου, ὁ & ἡ, despuendus, foedus. A seq.

Διαπτύω, f. ύσω, despuo. 2) contemno, fastidio.

Διάπτωμα, ατος, τό, lapsus, ruina. 2) opinionis vel spei frustratio. 3) peccatum. A διαπίπτω.

Διάπτωσις, εως, ἡ, idem.

Διαπυέω, pus colligo, purulentus fio.

Διαπύημα, ατος, τό, collectio puris universi, concocto tumore aliquo, qui præter naturam est.

Διαπύησις, εως, ἡ, suppuratio.

Διαπυητικός, ή, όν, ad pus ciendum & concoquendum aptus.

Διαπύθω, f. ύσω, penitus putrefacio.

Διαπυΐσκω, pus moveo, ad suppurationem perduco.

Διαπυκτεύω, fut. εύσω, pugnis, cæstibus decerto. 2) contendo.

Διαπύλιος, ου, ὁ & ἡ, qui per portam effertur. E διά & πύλη.

Διαπυνθάνομαι, f. πεύσομαι, sciscitor, percontor. 2) intelligo, cognosco.

Διάπυος, ου, ὁ & ἡ, suppuratus. E διά & πύον, *pus*.

Διαπυρίζω, f. ίσω, excandefacio. 2) accendo, inflammo. 3) ad iram commoveo.

Διάπυρος, ου, ὁ & ἡ, igne excandefactus. 2) fervidus, ardens, vehemens, acer. Hinc τὸ διάπυρον, ardor, fervor.

Διαπυρόω, ῶ, f. ώσω, idem quod διαπυρίζω.

Διαπυρσεύω, f. εύσω, facem accensam præfero. 2) facibus sublatis significo e longinquo.

Διαπύρως, acriter, vehementer. A διάπυρος.

Διάπυστος, ου, ὁ & ἡ, auditus, intellectus, notus, fama pervulgatus. A διαπυνθάνομαι.

Διαπυτίζω, idem quod πυτίζω.

Διαπυΐω, ad suppurationem perduco. Hippocr.

Διαπωλέω, ῶ, f. ήσω, divendo.

Διαραίνω, vel διαρραίνω, f. ανῶ, respergo, irrigo. E δ. & ῥαίνω.

Διαράσσω vel διαράττω, fut. άξω, pertundo, perfringo. E δ. & ῥάσσω, *frango*.

Διάργεμος, ου, ὁ & ἡ, Suid. partim albus, partim niger. Ab ἀργός, *albus*.

Διάρδω, f. άρσω, irrigo. 2) adaquo.

Διαρθρόω, ῶ, fut. ώσω, articulis suis distinguo. 2) jungo, necto. 3) effingo, conformo, exprimo, ut voce vel scriptura litteras, syllabas, voces. 4) membratim & artuatim compono, absolvo. 5) explico, explano.

Διάρθρωσις, εως, ἡ, artuum commissura. 2) artuum agilitas.

Διαρθρωτικός, ή, όν, articulandi & membra committendi vim habens.

Διαριθμέω, ῶ, f. ήσω, dinumero, distincte numero, numerando discerno.

Διαρίθμησις, εως, ἡ, dinumeratio, supputatio.

Διαριστεύομαι, certo cum aliquo.

Διάρκεια, ας, ἡ, perpetuitas, continuatio, sufficientia. A διαρκής.

Διαρκέω, ῶ, fut. έσω, sufficientes vires habeo, par sum. 2) duro, perduro, permaneo. 3) suggero, subministro, suppedito, adjuvo.

Διαρκής, έος, ὁ καὶ ἡ, sufficiens, abunde instructus. 2) durans, perdurans.

Διαρκῶς, *Adv.* sufficienter. 2) perseveranter.

Δίαρμα, ατος, τό, elatio, sublatio brachii, vel gladii, ad ictum tanto fortius adigendum. 2) trajectus. A διαίρω, *attollo*.

Διαρμόζω, f. όσω, dijungo, disgrego.

Διαρμόττω, f. όσω, idem.

Διαρπαγή, ῆς, ἡ, direptio. A seq.

Διαρπάζω, f. άσω, vel άξω, diripio.

Διαρραγή, ἡ, diruptio. A διαρρήγνυμι.

Διαρραίνω, vide διαραίνω.

Διαρραίω, f. αίσω, vasto, perdo, destruo. E διά & ῥαίω, *vasto*.

Διαρραντίζω, f. ίσω, adspergo, conspergo.

Διαρρέπω, divergo: in utramque partem moveor, inclino.

Διαρρέω, f. εύσω, per mediam regionem fluo. 2) perfluo. 3) diffluo, dilabor.

Διαρρήγνυμι, f. ήξω, diffringo, perrumpo.

Διαρρηγνύω, idem.

Διαρρήδην, palam, clare, disertis verbis. E διά & ῥέω, *dico*.

Διάρρηξις, εως, ἡ, fissio, diruptio, divortium fluminis. A διαρρήγνυμι.

Διαρρήσσω, f. ξω, diffringo.

Διάρριμμα, ατος, τό, disjectus, dispersio. A διαρρίπτω.

Διαρριπίζω, fut. ίσω, ventilo. 2) ventilando, vel flando dispergo, disjicio.

Διαρριπτέω & διαρρίπτω, f. ψω, disjicio, in diversas partes jacio.

Διάρριψις, ἡ, dispersio, dissipatio.

Διάρροδος, ου, ὁ & ἡ, e rosis compositus. E διά & ῥόδον, *rosa*.

Διαρροή, ῆς, ἡ, meatus, canalis. A διαρρέω.

Διαρροθέω, cum impetu irruo. A ῥόθιον, *fremitus undarum agitatarum*.

Διάρροια, ας, ἡ, fluxus, fluentum, meatus. 2) profluvium ventris. A διαρρέω.

Διαρροιζέω, cum impetu vel stridore fluo, trajicio. A ῥοῖζος, *fremitus venti vel undæ concitatæ*.

Διαρροΐζομαι, f. ίσομαι, alvi profluvio laboro. A διάρροια.

Διαρρυέω, diffluo, unde in usu διαρρυηκώς, διαρρυείς, διαρρυῆναι.

Διαρρύπτω, f. ψω, sordes eluo, purgo, abstergo.

Διάρρυτος, ου, ὁ & ἡ, irriguus. A διαρρέω.

Διαρρωγή, Jon. διαρρηωγή, fissura, rima, hiatus. Ab διαρρήγνυμι.

Διάρρωξ, ωγος, ὁ & ἡ, disruptus, fissus. 2) hiatus. Ab eod.

Δίαρσις, εως, ἡ, elatio in altum. A διαίρω.

Διαρταμέω, ῶ, fut. ήσω, concido in frusta. 2) trucido. E διά & ἀρταμέω, quod idem notat. vel potius ab ἀρτάω, unde & seq.

Διαρ-

Διαρτάω, ῶ, f. ήσω, in altum tollo. 2) diduco, dirimo, intervallo aliquo intersepio. 3) distineo. 4) decipio, fallo.

Διαρτίζω, f. ίσω, compingo, fingo, formo.

Διαρρυθμίζω, f. ίσω, coapto.

Διαρραθαίνω, dissipo, disjicio, ut simplex ῥαίω.

Διαρρύω, vel διαῤῥύω, f. ύσω, traduco trahendo. E δ. & ῥύω, traho.

Διάρχω, impero usque ad certum finem.

Διασαίνω, adulor, de cane caudam movente.

Διασαλακωνίζω, f. ίσω, idem quod σαλακωνίζω.

Διασαλεύω, f. εύσω, vehementer concutio, quatio, labefacto.

Διασαλπίζω, f. ίσω, pervulgo, divulgo.

Διασαρκάζω, idem quod simplex.

Διασαυλόομαι, οῦμαι, insus. unde διασαυλούμενος, ένη, ενον, delicians, luxui deditus.

Διασαφέω, ῶ, fut. ήσω, manifestum reddo. 2) explico, doceo.

Διασαφηνίζω, f. ίσω, accurate & dilucide explico.

Διασάφησις, εως, ἡ, declaratio, explicatio. A διασαφέω.

Διασαφητικὸς, ή, όν, declarativus. Ab eod.

Διασεισμὸς, ῦ, ὁ, concussio magistratus, quæ fit muneribus, corruptio magistratus donatione munerum, vel etiam metu injiciendo, minis. A διασείω, n. 3.

Διάσειστος, ου, ὁ & ἡ, concussus.

Διασείω, f. είσω, concutio, discutio. 2) terreo auctoritate, minis. 3) commoveo dicendo. 4) muneribus corrumpo.

Διασήθω, cribro, incerno. 2) abrado, expungo, deleo.

Διασηκόω, ῶ, f. ώσω, pondus rei manu æstimo, manu sublatum pondero.

Διασημαίνω, f. ανῶ, signum do. 2) manu designo. 3) nota insignio, signo noto.

Διάσημος, ου, ὁ & ἡ, insignis, illustris. E διὰ & σῆμα.

Διασήπω, fut. ψω, putrefacio, putredine ac tabe consumo.

Διάσια, ων, τὰ, Jovialia, festum in honorem Jovis Milichii Athenis. A Gen. Διὸς, a Ζεὺς, Jupiter.

Διασιγάομαι, sileo, reticeo.

Διασιλλαίνω, irrideo, subsannio.

Διασιλλόω, ῶ, f. ώσω, idem.

Διασιωπάω, ῶ, f. ήσω, silentium teneo, conticesco.

Διασκαίρω, transnato. 2) persulto.

Διασκαλεύω, f. εύσω, sarculo terram verso. 2) discutio, sollicito. E διὰ & σκαλὶς, sarculum.

Διασκανδικίζω, Aristoph. propria, olitores imitor, deinde Euripidem. E διὰ & σκάνδιξ, olus vile, quod vendere solebat Euripidis mater.

Διασκάπτω, f. ψω, perfodio, fodiendo everto.

Διασκαριφῆται, aves dicuntur unguibus terram scalpentes. Διασκαριφίσασθαι, dissolvere.

Διασκεδάζω, f. άσω, dissipo, disjicio, dispergo. 2) divulgo, dissemino.

Διασκεδάω, ῶ, fut. άσω, & διασκεδάννυμι, idem. *In pass.* est etiam pereo, diciturque ap. Plat. etiam de animo humano.

Διασκοτίζω, tego, obscuro.

Διασκέπτομαι, fut. ψομαι, dispicio, considero. 2) contemplor, inspecto. 3) consulto, delibero.

Διασκευάζω, f. άσω, adorno, compono, instruo. 2) emendo, corrigo. 3) *in med.* distrahere v. c. rem familiarem. 2) opus, fabulam iterum recensere, perpolire.

Διασκευὴ, ῆς, ἡ, ornatus, *omninoque* vestitus, cultus. 2) apparatus. 3) ordo militaris. 4) iterata recensio, emendatio operis, ut libri, fabulæ, & editio.

Διασκευωρέω, ῶ, f. ήσω, captiose machinor, dolose tracto. 2) conservo, tueor.

Διάσκεψις, εως, ἡ, consideratio, deliberatio.

Διασκέω, ῶ, f. ήσω, exorno. Ab ἀσκέω, orno.

Διασκηνέω, ῶ, vel διασκηνόω, ῶ, f. ήσω, diversandi caussa tentoria pono. 2) dispertior tentoria. 3) castra metor. 4) tentoria dissolvo, vasa colligo.

Διασκηρίπτω, suffulcio.

Διασκίδνημι, dissipo, dispergo.

Διασκιρτάω, ῶ, f. ήσω, exsulto, exsilio, persulto.

Διασκοπέω, ῶ, f. ήσω, contemplor, speculor. 2) contemplor animo, considero rem. 3) exploro hominem, specto, experior.

Διασκοπιάομαι, ῶμαι, speculor, e specula observo. A σκοπιὰ, specula.

Διασκορπίζω, f. ίσω, dissipo, dispergo.

Διασκορπισμὸς, ῦ, ὁ, dispersio, dissipatio.

Διασκώπτω, f. ψω, scommata & dicteria jacio.

Δίασμα, ατος, τὸ, initium telæ texendæ, stamina. 2) licium interpretantur ap. τὰς ό. A διάζομαι.

Διασμάω, ῶ, extergo, detergo. A σμάω.

Διασμέω, ῶ, idem.

Διασμήχω, f. ξω, extergendo perpurgo.

Διασμιλεύω, f. εύσω, scalpello perpurgo. 2) accurate expolio. A σμίλη, scalprum.

Διασμύχω, f. ξω, lento & latente igne exuro & cetera quæ ἀποσμύχω. A σμύχω.

Διασοβέω, ῶ, f. ήσω, dispello, discutio, disturbo.

Διασοφίζομαι, f. ίσομαι, astu utor, sophistice ago.

Διασπαθάω, ῶ, f. ήσω, tramam denso τῇ σπάθῃ, instrumento textorio. 2) profuse insumo. v. σπαθάω.

Διασπαρακτὸς, ή, όν, dilaniatus, dilaceratus. A sq.

Διασπαράσσω, άττω, f. ξω, dilacero, dilanio.

Διασπάσιμος, ου, ὁ & ἡ, qui divelli potest. A sq.

Διάσπασις, εως, ἡ, diruptio, destructio.

Διάσπασμα, ατος, τὸ, idem.

Διασπασμὸς, ῦ, ὁ, idem.

Διασπάω, ῶ, divello, convello, dirimo, destruo.

Διασπείρω, f. ερῶ, dispergo, dissemino, dissipo.

Διασπεύδω, f. εύσω, excito ad properandum, festinate jubeo. *In med.* festino.

Διασπλεκοῦσθαι, & διασπεκλ. implicari coitu, unde διεσπλεκωμένη, & διεσπεκλωμένη, coitum passa, apud Aristoph. Vox Comica. A σπεκλόω.

Διασπλεκόω, feminam subigo, *ut simplex*, ap. Com.

Διασπορὰ, ᾶς, ἡ, dissenrinatio, dispersio. 2) in S. Litteris Israelitæ vel Judæi extra Palæstinam & diversis locis domicilium habentes.

Διασπορεὺς, έως, ὁ, qui dispergit.

Διασπουδάζω, f. άσω, ambitiose ago aliquid vel expeto: unde & de ambitu dicitur: διεσπουδάσθησαν: per ambitum, sc. creati sunt. *Dicitur & in medio.*

Διαστάδην, *Adv.* eminus, interjecto spatio, intercedente utrimque vallo, dissitis stationibus. A διΐστημι, separo.

Διασταθμάομαι, ῶμαι, f. ήσομαι, libro, pondus exigo. 2) metor, dispono.

Διάσταλσις, εως, ἡ, fœdus, pactum. 2) distinctio. A διαστέλλω.

Διασταλτικὸς, ή, όν, ad distinguendum aptus, distinguendi caussa factus. Ab eod.

Διασταλτικῶς, distinguendi caussa, ad distinguendum accommodate.

Διαστασιάζω, fut. άσω, discordiam vel seditionem inter aliquos excito, dissidiis segrego.
Διάστασις, εως, ἡ, intervallum. 2) diremtio, distractio in duas partes. 3) dissidium, animorum disjunctio. 4) mutatio in iis, quæ degenerant. 5) apta & concinna rerum dispositio. 6) drachma data arbitris ab actore. A διΐστημι.
Διαστατέω, ῶ, disto. 2) dissidiis implico. A διαστατός.
Διαστατικός, ἡ, ὀν, dirimendi vim habens. A sq.
Διαστατὸς, ἡ, ὀν, distans, diremtus.
Διασταυρόω, vallo intersepio, s. vallo munio.
Διαστείχω, permeo, pervado. 2) discedo.
Διαστέλλω, fut. ελῶ, diduco. 2) divido, separo, distermino. unde διαστέλλειν pro dissentire ap. Polyb. 3) dispono, distinguo, *unde & pro* interpungo. 4) mando, edico, præcipio. 5) interdico. 6) *In med.* definio, ambiguitatem distinguendo tollo.
Διάστενος, ου, ὁ & ἡ, angustus.
Διάστερος, ου, ὁ & ἡ, stellis distinctus, stellatus. E δ. & ἀστὴρ, *stella*.
Διάστημα, ατος, τὸ, intervallum. A διΐστημι.
Διαστηματίζω, f. ίσω, paullisper subsisto & cesso. 2) intervallum facio. A pr.
Διαστηματικὸς, ἡ, ὀν, intervallis distinctus. Ab eodem.
Διαστηρίζω, f. ξω, stabilio, firmo.
Διαστίζω, fut. ξω, distinguo punctis & notis. 2) in punctum desino.
Διαστίλβω, mico, pelluceo, intermico.
Διάστιξις, εως, ἡ, interpunctio. A διαστίζω.
Διαστοιβάζω, f. άσω, constipo.
Διαστοιχίζω, f. ίσω, ordine colloco & dispono.
Διαστολεὺς, έως, ὁ, instrumentum chirurgicum, quo os ægrotantis aut alia compressa diducuntur. A διαστέλλω.
Διαστολὴ, ῆς, ἡ, distinctio, *unde &* interpunctio. 2) divisio, discretio, distractio. 3) examen rei, disquisitio, disceptatio. 4) pacificatio, reconciliatio animorum. 5) eminentia. Ab eod.
Διαστομόω, ῶ, f. ώσω, diduco ore patefacto.
Διαστόμωσις, εως, ἡ, diductio & apertio oris.
Διαστομωτρὶς, sc. μήλη, specillum, quo os clausum diducitur.
Διαστοχάζομαι, f. άσομαι, conjecto, *ut simplex*.
Διαστράπτω, f. ψω, corusco, fulguro. E δ. & ἀστράπτω, *fulguro*.
Διαστρατεύομαι, conficio, emereor stipendia, legitima stipendia s. annos militiæ, absolvo: διαστρατευσάμενοι emeriti, veterani.
Διαστρατηγέω, f. ήσω, munus imperatoris obeo. 2) cum *acc.* dolis & insidiis peto.
Διαστρεβλόω, ῶ, f. ώσω, torqueo, tormentis distraho.
Διάστρεμμα, τος, τὸ, depravatio, perversitas, ut strabonum &c. A seq.
Διαστρέφω, f. ψω, perverto, distorqueo. 2) depravo.
Διαστροβέω, ῶ, f. ήσω, rapido vortice circumago, impetuose pervado.
Διαστροφὴ, ῆς, ἡ, distorsio, obliquitas. 2) iniquitas, perversitas. 3) depravatio. A διαστρέφω.
Διάστροφος, ου, ὁ & ἡ, distortus. 2) perversus, præposterus. Ab eod.
Διαστρώννυμι, vel διαστρωννύω, fut. στρώσω, sterno, insterno.
Διάστυλος, ου, ὁ & ἡ, columnis per certa intervalla dispositis fultus.
Διαστυλόω, ῶ, fut. ώσω, columnis fulcio.
Διασυνίστημι, commendo, jucundum reddo, ut συνίστημι, *simplex*. 2) constituo, instituo, Gl. vet.
Διασύομαι, vel διασεύομαι, transeo, poetice, ut hinc fit διέσυτο.
Διασυριγμὸς, ῦ, ὁ, exsibilatio, irrisio. A seq.
Διασυρίζω, sibilum edo. 2) exsibilo.
Διασυρμὸς, ῦ, ὁ, distractio. 2) Diasyrmus, figura rhetorica, qua dictio ad duo diversa significata trahitur. 3) obtrectatio, cavillatio, irrisio. A διασύρω.
Διάσυρσις, εως, ἡ, idem.
Διασυρτικὸς, ἡ, ὀν, aptus, *item* pronus ad obtrectandum, cavillatorius.
Διασύρω, obtrecto, graviter reprehendo, irrideo. 2) distraho, dissipo.
Διασφαγὴ, ῆς, ἡ, hiatus in jugulo, seu gutture dissecto. 2) hiatus quilibet.
Διάσφαγμα, τὸ, idem. A seq.
Διασφάζω, vel διασφάττω, jugulum seco. 2) disseco.
Διασφαιρίζω, f. ίσω, pila ludo, pilam ultro citroque jacto. 2) in modum pilæ jacio, disjicio.
Διασφακτὴρ, ῆρος, ὁ, jugulum alicui resolvens, aptus ad resolvendum jugulum. A διασφάζω.
Διασφαλίζω, f. ίσω, munio, tutum reddo. E δ. & ἀσφαλίζω.
Διασφάλλω, aberrare facio, fallo. 2) *pass.* fortuna adversa utor.
Διασφὰξ, άγος, ἡ, interstitium, quo duæ rupes diruptæ distant, montis hiatus & scissura, rupes hians & diducta. 2) vallis. A διασφάζω.
Διασφενδονάω, vel διασφενδονέω, fut. ήσω, funda dissipo, disjicio.
Διασφενδονίζω, f. ίσω, idem.
Διασφετερίζεσθαι, sibi vindicare.
Διασφηκόω, ῶ, f. ώσω, in vespam converto, vespæ figuram tribuo. 2) clavis ligneis ferreisve trabes configo & vincio. v. σφηκόω.
Διασφηνόω, ῶ, cuneis diffindo.
Διασφίγγω, f. ξω, cohibeo, colligo, connecto.
Διάσφιγξις, εως, ἡ, colligatio, connexio. A pr.
Διάσφυξις, εως, ἡ, pulsus arteriarum. E διὰ & σφύζω, *salio*.
Διασχάω, pertundo, ut venam. v. σχάζω.
Διασχηματίζω, f. ίσω, figuro, describo.
Διασχιδὴς, ὲς, fissus, sectus. A seq.
Διασχίζω, f. ίσω, diffindo, discindo, disseco.
Διασχὶς, ίδος, ἡ, dissectio, fissio. A pr.
Διάσχισμα, ατος, τὸ, frustum e dissectione. Ab eodem.
Διασχολέω, fut. ήσω, negotiis distineo. E διὰ & ἀσχολέω.
Διασώζω, futur. ώσω, servo, salvum & incolumem tueor, conservo, perduco, ut legatum extraneum a confiniis ad urbem regiam, tueor & protego in itinere. In *pass.* effugio, salvus pervenio.
Διασωστὴς, legatus principis, qui legatum ex hostico venientem in itinere comitatur, & defendit, ad principis audientiam salvum ac sospitem perducit.
Διασωστικὸς, ἡ, ὀν, hominum vitæ conservandæ studiosus, epith. Imperatoris.
Διαταγὴ, ῆς, ἡ, ordinatio, sanctio, mandatum. 2) ministerium. A διατάττω.
Διάταγμα, ατος, τὸ, edictum, sanctio. Ab eod.
Διατάκτης, ου, ὁ, dispositor. Ab eod.
Διατάκτωρ, ορος, idem. Ab eod.
Διαταλαιπωρέω, ῶ, fut. ήσω, ærumnis & miseriis usque premor.
Διαταμιεύω, fut. εύσω, in penu custodio, penum administro.
Διατάμνω, disseco, discindo. Jon. & poet. pro διατέμνω.

Διάταξις, εως, ἡ, edictum, constitutio. 2) ordinatio, distributio. 3) ordo militaris, acies.

Διαταράσσω, vel διαταράττω, f. ξω, perturbo.

Διάτασις, εως, ἡ, contentio virium & vocis. 2) contentio, seu oratio invectiva, interminatio vehemens. 3) distentio. A διατείνω.

Διατάσσω, vel διατάττω, f. άξω, ordino, dispono. 2) statuo, constituo. 3) impero, præcipio.

Διαταφρεύω, f. εύσω, fossam duco ad dirimendum, fossa dirimo, vel separo, perfodio.

Διαταχέων, repente, celeriter, promte.

Διατέγγω, f. ξω, humecto, mollio, ut ferrum igni.

Διατεθρυμμένως, *Adv.* delicate, molliter. 2) dissolute. A διατεθρυμμένος, quod est *Particip. Perfecti Passivi* a διαθρύπτω, *deliciis frango*.

Διατείνω, protendo, extendo, porrigo. 2) duro. 3) pertineo, specto; & 4) διατείνομαι, omnes nervos intendo, enitor, allaboro. 5) adfirmo, adsevero. 6) oratione contendo cum aliquo, sæpe per contentionem interrogo.

Διατειχίζω, fut. ίσω, dirimo, distermino muro interjecto.

Διατείχισμα, ατος, τὸ, murus in id structus, ut separet quædam, murus intergerinus. A præc.

Διατεκμαίρομαι, a. 1. διετεκμηράμην, certis notis ostendo. 2) conjicio, conjectura adsequor.

Διατελέω, ῶ, f. έσω, perago, traduco ævum vel vitam. 2) permaneo, persevero.

Διατελὴς, ὁ, & ἡ, perpetuus. E δ. & τέλος.

Διατελῶς, Ion. διατελέως, semper, perseveranter. A pr.

Διατέμνω, f. εμῶ, disseco, divello, perrumpo, discindo.

Διατενὴς, έος, ὁ & ἡ, perpetuus. 2) contendens. A διατείνω.

Διατερσαίνω, exsicco, arefacio.

Διατεταμένως, *Adv.* magna contentione, enixe. A διατείνω.

Διατετραίνω, vel διατιτραίνω, perforo, perterebro, pertundo.

Διατήκω, fut. ήξω, liquo, liquefacio. 2) tabefacio, mollio.

Διατηρέω, ῶ, f. ήσω, servo, conservo, tueor. 2) servo, observo. 3) attente observo, caveo.

Διατήρησις, εως, ἡ, observatio, conservatio. A pr.

Διατηρητικὸς, ἡ, ὸν, conservans, conservandi vim voluntatemve habens. Ab eod.

Διατίθημι, fut. θήσω, dispono, compono. 2) administro quamcunque rem: velut etiam de recitante carmen poetæ in scena dicitur: κακῶς διατιθέναι male pronunciare, male agere. 3) constituo. 4) aliquo modo adficio, ut exhilaro, placo, concilio mihi. 5) tracto modis quibuscunque, accipio, & *in Medio* præterea 6) testor, testamento mando vel relinquo. 7) paciscor, pactum ineo, foedus pango. 8) satisfacio. 9) vendo, venum expono. *In pass.* 10) significat & habitum animi & mores, ut φιλοτίμως διατεθῆναι, cupidum honoris esse. 11) statum & conditionem, ut ἀγὼν ἀδοξότερον διατεθειμένος, certamen tenue, minus gloriosum, caussa male, turpiter acta.

Διατιλάω, ῶ, f. ήσω, caco, excernor.

Διατίλλω, pervello, evello.

Διάτιλμα, ατος, τὸ, convulsio, evulsio.

Διατιμάω, ῶ, f. ήσω, æstimo. 2) probo, in honore habeo, curo.

Διατίμησις, εως, ἡ, æstimatio. A pr.

Διατιμητὴς, οῦ, ὁ, æstimator litis, *item* qui pretia rerum venalium æstimat, constituit. Ab eod.

Διατιμητικὸς, ἡ, ὸν, æstimandi vim, jus habens, i. e. rei venali pretium constituendi. Ab eod.

Διατινάσσω, f. άξω, discutio, quassatione labefacto. 2) quatio, vibro.

Διατιθαλέος, έα, έον, fervidus, ignitus, candens.

Διατιτραίνω, vide διατετραίνω.

Διατιτρώσκω, conficio, ictu confodio.

Διατλάω, vel διάτλημι, f. ήσω, perfero, perpetior.

Διατμέω, idem quod seq.

Διατμήγω, f. ξω, disseco, discindo.

Διατμήσσω, idem.

Διατμίζω, f. ίσω, in vaporem resolvo. E δ. & ἀτμίζω.

Διατοιχέω, ῶ, f. ήσω, modo in hoc, modo in illud navis latus jactor, vel discurro. E δ. & τοῖχος.

Διάτοιχος, ου, ὁ & ἡ, a pariete ad parietem pertinens.

Διατομὴ, ῆς, ἡ, incisio.

Διάτομος, ου, ὁ & ἡ, dissectus, discissus. 2) æquali portione divisus. A διατέμνω.

Διατονθορύζω, murmuro, fremo, *ut simplex*.

Διατόνια, ων, τὰ, circuli, annuli. A διατείνω.

Διάτονος, ου, ὁ & ἡ, distentus, extentus. 2) contentus, vehemens.

Διατοξεύω, f. εύσω, sagitta penetro, vel trajicio. 2) jaculor, telum vibro. *in Medio* inter se certare conjectu jaculorum.

Διατορέω, ῶ, f. ήσω, perforo, perterebro.

Διάτορος, ου, ὁ & ἡ, penetrans. 2) trajectus. 3) qui clare audiri potest, acutus, sonorus. E δ. & τορὸς, *penetrans*.

Διατραγέω, edo, comedo.

Διατρανόω, ῶ, f. ώσω, reddo clarum, planum, & perspicuum, declaro, manifesto.

Διατραχηλίζω, fut. ίσω, præcipitando collum frango. 2) præcipito. 3) disseco & contrunco animal, ut vertebræ colli & intestina quæque oculis nuda pateant.

Διατρέπω, f. τρέψω, distorqueo, perverto. 2) averto, avoco, deterreo, incusso pudore. 3) persuadeo. 4) perterreo, ad inopiam consilii redigo, &c.

Διατρεπτικώτατα, *Adv.* efficacissime, sc. ad persuadendum & a prioribus sententiis consiliisve revocandum, ap. Clem. Al.

Διατρέφω, f. θρέψω, alo, nutrio, enutrio.

Διατρέχω, f. ξομαι, p. δεδράμηκα, discurro, percurro, cursu pertransco. 2) evado.

Διατρέω, ῶ, intremisco. 2) perterrefactus diffugio. A τρέω, *tremo*. 3) perterebro, perforo. A τρέω, idem.

Διάτρησις, εως, ἡ, perforatio. A pr.

Διάτρητος, ου, ὁ & ἡ, perforatus, foraminibus pertusus. Ab eod.

Διατριβὴ, ῆς, ἡ, mora, productio temporis in longum, procrastinatio. 2) commoratio in aliquo loco, conversatio. 3) studium & opera, quæ alicui rei impenditur, exercitatio, occupatio. 4) Philosophorum congressus & disputatio. 5) locus, in quo διατριβὴ fit. 6) schola, locus, in quo litteræ discuntur. A sq.

Διατρίβω, f. ψω, absumo, attero, perdo. 2) moror, commoror. 3) tempus tero in aliqua re. 4) procrastino, differo, duco, extraho aliquem ostensa varia spe.

Διάτριμμα, ατος, τὸ, intertrigo: vitium in feminibus,

bus, ab attritu mutuo. 2) intertrimentum. A pr.

Διατριπτικός, ή, όν, ex attritu ortus, item, atterendi vim habens. Ab eod.

Διάτριτος, ου, ὁ, morbus seu febris, tertia quaque die rediens. A τρίτος, tertius.

Διάτριχα, Adv. trifariam, tripliciter.

Διατροπή, ῆς, ἡ, pudor, confusio oris. 2) confusio, perturbatio. 3) commiseratio. 4) mentis mutatio a suasione diversa.

Διάτροπος, ου, ὁ & ἡ, perversus. 2) qui perverti solet. 3) mutabilis. A διατρέπω.

Διατροφή, ῆς, ἡ, alimentum, victus, cibus.

Διατροχάζω, curru vehor, & quidem fere celeriter, propere. 2) discurro.

Διατρύγιος, ου, ὁ & ἡ, frumento consitus inter vitium ordines. 2) frugifer. E διά & τρύγη, vindemia.

Διατρυπάω, ῶ, f. ήσω, perterebro, perforo, pertundo. 2) penetro, transfigo. 3) excavo.

Διατρύπημα, τό, perforatio, foramen. A pr.

Διατρύπησις, εως, ἡ, perforatio. Ab eod.

Διατρυπητός, ή, όν, perforatus. Ab eod.

Διατρυφάω, ῶ, f. ήσω, delicate vivo, luxurior, luxu diffluo.

Διατρώγω, f. τρώξομαι, peredo, perrodo, erodo.

ΔΙΑΤΤΑ'Ω, ῶ, percribro.

Διάττω, salio huc & illuc, emico.

Διατυπόω, ῶ, f. ώσω, formo, reformo. 2) sancio, constituo. 3) apud me constituo, animo concipio.

Διατύπωσις, εως, ἡ, informatio. 2) constitutio, statutum, testamentum. 3) figura rhetorica. oratio velut imaginem rei exhibens. A pr.

Διαυαίνομαι, exsiccor. Ab αὖος, siccus.

Διαυγάζω, fut. άσω, perluceo. 2) illucesco.

Διαύγασμα, ατος, τό, diluculum. A pr.

Διαυγασμός, ῦ, ὁ, splendor translucens.

Διαυγέω, f. ήσω, illucesco: ἡμέρα διαυγοῦσα, diluculum.

Διαύγεια, ας, ἡ, idem quod διαυγασμός.

Διαυγής, έος, ὁ & ἡ, pellucidus, translucidus, limpidus. E δ. & αὐγή, splendor.

Διαυγία, ας, ἡ, splendor pellucens. Ab iisd.

Διαφθονέομαι, per invidiam in periculum & mala adducor, sive ab malevolis, sive a Fortuna invida, ut ap. Jos.

Διαυλακίζω, f. ίσω, persulco, peraro.

Διαύλειον, ου, τό, diaulium, quum omnibus in scena tacentibus, tibicen intus canit. E διά & αὐλός, tibia.

Διαύλιον, ου, τό, idem quod διαύλειον.

Διαυλίσκος, ου, ὁ, canaliculus in dioptris, quo visus dirigitur.

Διαυλοδρομέω, ῶ, a calce seu meta rursum ad carceres redeo. A seq.

Διαυλοδρόμης, ου, ὁ, &

Διαυλοδρόμος, ου, ὁ, qui diaulum currit, qui cursum c.rcensem, i. e. δίαυλον peragit.

Δίαυλος, ου, ὁ, circumactus curriculi hujusmodi, ut, quum ad metam pervenissent, flectentes eo rursum recurrerent, unde cursum inierant: cursus duplex, a carcere ad metam & a meta ad carcerem. 2) mensura duorum stadiorum. 3) studium abeundi, sed & mox redeundi. E διά & αὐλός, quod vide.

Διαυλωνισμός, ῦ, ὁ, transitus per longos meatus.

Διαυλωνίζω, fut. ίσω, per angustum fluo. 2) meatus longos transeo. A pr.

Διαυχενίζομαι, fut. ίσομαι, cervicem erigo. 2) elata cervice incedo.

Διαυχένιος, ου, ὁ & ἡ, qui est in cervice, per cervicem tenditur, vadit. E δ. & αὐχήν.

Διαυχέω, glorior.

Διαφαγεῖν, exedere, edendo consumere.

Διαφαίνω, f. ανῶ, ostendo, demonstro. 2) eluceo & διαφαίνομαι, inter alia conspicuus sum. 3) pelluceo, pellucidus sum. 4) in conspectum venio, conspicuus fio.

Διαφάνεια, ἡ, & διαφανία, splendor, perspicuitas, pelluciditas. A seq.

Διαφανής, έος, ὁ & ἡ, pellucidus, candens. 2) illustris, celeber, clarus. A διαφαίνω.

Διαφανέστατα, clarissime, Adv. A pr.

Διάφανσις, εως, ἡ, idem quod διαφάνεια. A διαφαίνω.

Διαφανῶς, Adv. pellucide, clare, manifeste. 2) cum concentu suavi. A διαφανής.

Διαφαρμακεύω, f. εύσω, medicamentum (purgans) præbeo, potionibus medicatis purgo.

Διάφαυσις, εως, ἡ, idem quod διάφανσις.

Διαφαυλίζω, f. ίσω, vilipendo, floccifacio, etiam verbis.

Διαφαύω, & -αύσκω, f. αύσω, illucesco.

Διαφεγγής, έος, splendidus. E δ. & φέγγος.

Διαφενάκισις, εως, ἡ, deceptio, impostura.

Διαφερόντως, Adv. excellenter, egregie, etiam vehementer. 2) magis, maxime.

Κονίασις, εως, ἡ, albarii s. tectorii operis inductio. Gl. Vet. tectorium. Ab eod.

Κονιατὴς, οῦ, ὁ, & κονιάτης, ου, ὁ, qui opere albario parietes tegit. Philox. dealbator, tector. Ab eod.

Κονιατὸς, ἡ, ὸν, albario & tectorio opere inductus, calce illitus. A seq.

Κονιάω, ῶ, f. άσω, pulvere impleo, pulvere adspergo. 2) calce induco vel obduco, calce dealbo. 3) cerussa ungo, fuco. κονιῶμαι, in pulvere volutor, dealbor, & alicubi active, tectorio induco. κεκονιαμένος, perf. pass. pulverulentus, dealbatus.

Κονιέω, ῶ, pulverem excito, moveo. Vulg. Leg. A κόνις.

Κόνιζα, v. κόνυζα.

Κονίζω, f. ίσω, pulvere impleo, respergo, foedo. κονίζομαι, in pulvere volutor, versor. 2) ad pugnam me athletarum more paro, exerceor. κεκονισμένος, perf. pass. pulverulentus, festinans. 3) est etiam perire, interfici. v. κονίω.

ΚΟΝΙ'ΛΗ, ης, ἡ, cunila, herba, quae & origanum Heracleoticum dicitur.

Κόνιον, ου, τὸ, pulvis. A κόνις.

Κονίπους, οδος, ὁ, ἡ, cujus pedes in pulvere versantur, pulvere respersi sunt. 2) calceamenti genus. Vid. κονίπους. E κόνις & ποῦς.

Κονιορτόπους, οδος, ὁ, ἡ, idem. κονιορτόποδες ἀγροῖκοι, ἐργάται, rusticani operarii, agricolae. Hes.

Κονιορτὸς, οῦ, ὁ, pulvis, pulvis excitatus & in aerem levatus. 2) homo squalidus & illuvie laborans. (vel potius levis, inconstans, multarum & alienarum rerum satagens, blatero, nugis & adulatione sua cuique molestus.) E κόνις & ὄρω, excito.

Κονιορτόω, ῶ, f. ώσω, pulvero, Gl. Vet. κονιορτοῦμαι, pulveresco, Gl. Vet. A pr.

Κονιορτώδης, εος, ὁ & ἡ, pulverulentus, Gl. Vet.

Κόνιος, pulvereus, ut ζάλος κόνιος. A κόνις.

Κονιόω, ῶ, pulverem excito. Ab eod.

Κονίπους, οδος, ὁ & ἡ, cujus pedes in pulvere versantur. κονίποδες, calceamenta quaedam. E κόνις & πούς, pes.

ΚΟ'ΝΙΣ, εως, ἡ, pulvis. 2) cinis. 3) lixivium.

Κόνις, ιδος, ἡ, lens, ovum pediculorum. κόνιδες, lendes.

Κονίσαλος, vel κονιόσαλος, ου, ὁ, ἡ, pulvis motus, pulvis excitatus. Gl. V. pulvisculus. 2) pudendum s. numen Priapi. A κόνις, pulvis.

Κονιστήριον, ου, τὸ, locus, in quo athletae decertaturi pulvere se conspergebant, oleo antea peruncti. A κονίζω.

Κονιστικὸς, ἡ, ὸν, qui in pulvere volutari solet. Ab eod.

Κονίστρα, ας, ἡ, volutabrum pulvereum, arena, in qua se exercebant athletae. 2) cavum pulvereum, in quo se volutant aves. Ab eod.

Κόνιστρον, ου, τὸ, idem. A seq.

Κονίω, pulverem excito, pulvere impleo, oblino, oblino pulvere. κονίομαι, in pulvere volutor, ad pugnam me paro athletarum more. κονισάμενος, aorist. 1. med. volutatus in pulvere. κεκονιμένος, perf. pass. pulverulentus. A κόνις.

ΚΟ'ΝΝΑΡΟΣ, ου, ὁ, connarus, arbor apud Alexandrinos.

Κοννῶ, novi. ap. Aeschyl. pro κονῶ.

ΚΟ'ΝΝΟΣ, ου, ὁ, barba, mentum barbatum, alicubi junctum voci ψέλιον, armilla, videtur tale ornamentum significare. Est Κόννος sive potius Κόννας & Κοννᾶς & nomen proprium Citharoedi pauperis misterique; unde proverb. Κόννα ψόφος, pro quo ridicula apud Aristoph. Κόννα ψῆφος, de re, s. homine nihili.

Κοννόφρων, unde Dat. plur. apud Hes. κοννόφροσι, quod exponit ἄφροσι, dementibus, amentibus. E Κόννος & φρὴν, mens.

Κοντίλος, ου, ὁ, contus, Lex. Vet. 2) coturnix, Hes. 3) serpens quidam, Hes. A κοντός.

Κοντοβολέω, contis jaculor s. peto. Ab sq. & βάλλω.

Κοντὸς, οῦ, ὁ, contus, pertica, sudes.

Κοντοφόρος, ου, ὁ, ἡ, qui contum gestat, conto armatus. Philox. κοντοφόρος, hastatus. A pr. & φέρω.

Κοντωτὰ πλοῖα, contis instructa navigia, quae contis impelluntur. Ab eod.

Κόνυζα, ης, ἡ, herba coronaria, cunilago.

Κοπάζω, f. άσω, desino, quiesco. A κόπος, defatigatio.

Κοπανίζω, pistillo contundo, pinso. A κόπανον.

Κοπανιστήριον, ου, τὸ, pistillum. A pr.

Κόπανον, ου, τὸ, pistillum. A κόπτω.

Κοπὰς, άδος, ἡ, arbor incisa, arbor, quae caedi solet. Ab eod.

Κόπεσον, ου, τὸ, vel κόπασον, frustum. Philoxen. κόπεσον, frustum. Ab eod.

Κοπετὸς, οῦ, ὁ, planctus. A κόπτομαι, plango.

Κοπεὺς, έως, ὁ, caelum, quo lapides & similia caelamus. A κόπτω.

Κοπὴ, ῆς, ἡ, sectio, incisio. 2) caedes, strages. Ab eod.

Κοπηρὸς, ρὰ, ρὸν, laboriosus, molestus, lassitudinem nervis inferens. A κοπιάω.

Κοπιάτης, ου, ὁ, vespillo. κοπιάται, vespillones, Philox. Ab eod.

Κοπιάω, ῶ, f. άσω, laboro. 2) moleste fero, fastidio. 3) fatigor, lassesco, fatisco. κοπιάσας, aor. 1. delassatus. Perf. κεκοπιακὼς, lassus, fatigatus. Praes. part. pass. κοπιώμενος, fatiscens. A κόπος.

Κοπίζω, f. ίσω, epulum agito, a seq. κόπις. κοπίζω, mentiri. Hesych. a κόπις, loquax.

Κοπὶς, ίδος, ἡ, gladius s. culter aptus ad caedendum. 2) coena s. convivium quoddam Laconicum, ap. Ath. a κόπτω.

Κόπις, εως, ὁ, loquax, garrulus. Ab eod.

Κοπιώδης, ες, idem quod κοπιώδης.

Κόπος, ου, ὁ, labor. 2) moleſtia. 3) laſſitudo, defatigatio e labore. A κόπτω.

Κοπόω, ῶ, f. ώσω, laſſo, fatigo. ἐκοπώθη, aor. 1. laſſus eſt. κεκοπωμένος, perf. laſſus, defatigatus. A pr.

Κόππα, τὸ, indecl. figura ϙ, nonaginta ſignificans.

Κοππατίας, ου, ὁ, equus τῷ κόππα inſignitus.

Κοππαφόρος, idem. Ex eod. & φέρω.

Κοπραγωγός, οῦ, ὁ, fimum vehens. E κόπρος & ἄγ.

Κοπραγωγέω, & κοπραγωγέω, ſtercus egero, vel ingero, ſtercoro. A pr.

Κόπρανον, τὸ, ſtercus. A κόπρος.

Κοπράω, ſtercoro, Euſt. Ab eod.

Κοπρέω, ῶ, f. ήσω, ſtercoro. Ab eod.

Κοπρία, ας, ἡ, ſtercus. 2) ſterquilinium, fimetum. Ab eod.

Κοπρίαι, οἱ, paraſiti viliſſimi, Copreæ, in Suetonii Claudio. Ab eod.

Κοπρίζω, f. ίσω, ſtercoro, fimo ſaturo. Ab eod.

Κοπρικός, ή, όν, ſtercoreus, ſtercoroſus. Gl. Vet. ſtercoratorius. Ab eod.

Κόπρινος, ίνη, ινον, ſtercoreus. Gl. Vet. Ab eod.

Κόπριον, ου, τὸ, ſtercus, fimus. Ab eod.

Κόπριος, ία, ιον, ſtercoreus. 2) vilis, abjectus. Ab eod.

Κόπρισις, εως, ἡ, ſtercoratio. A κοπρίζω.

Κοπρισμός, οῦ, ὁ, ſtercoratio. Ab eod.

Κοπριώδης, εος, ὁ, ἡ. ſtercoroſus. A κόπριον.

Κοπρίων, ίωνος, ὁ, ſcarabæus, ſtercoreas pilas provolvens. Ab eod.

Κοπροβολεῖον, τὸ, idem quod ſeq. locus, in quem ſtercora & purgamenta conjiciuntur. E κ. & βάλλω.

Κοπροδοχεῖον, είου, τὸ, ſterquilinium, cloaca. Gl. Vet. E κ. & δέχομαι, capio.

Κοπρολογέω, fimum colligo. A ſeq.

Κοπρολόγος, ου, ὁ, ἡ, qui ſtercora colligit. 2) valde ſordidus. E ſeq. & λέγω.

Κόπρος, ου, ἡ, ſtercus, fimus. Gl. Vet. lutum, cœnum, pulvis.

Κοπροφορέω, ῶ, f. ήσω, ſtercus fero, ſtercus ingero. A ſeq.

Κοπροφόρος, ου, ὁ, ἡ, qui ſtercora fert, ſtercora ingerens. E κ. & φέρω.

Κοπρόω, ῶ, ſtercoro. Euſt. A κόπρος.

Κοπρώδης, εως, ὁ & ἡ, ſtercoroſus. Ab eod.

Κοπρών, ῶνος, ὁ, ſterquilinium, fimetum, locus, ubi ſtercus colligitur. Ab eod.

Κοπρώνης, ου, ὁ, qs. ſterquilinarius, homo ultimæ ſortis. (Aut potius ſi ab ὠνέομαι repetatur, quod faciendum videtur, erit, qui a rep. jus redemit, ſtercora e ſemitis colligendi.) A pr.

Κοπρώνυμος, ου, ὁ, ἡ, a ſtercore nomen habens. E κ. & ὄνομα.

Κόπρωσις, εως, ἡ, ſtercoratio. A κοπρόω.

Κοπτάριον, ου, τὸ, placentula e materia contuſa. 2) pharmacum placentulæ formam habens. A κόπτω.

Κόπτη, ἡ, praſum marinum. Athen.

Κοπτὴ, ῆς, ἡ, copta, placenta, vid. ſeq. n. 2.

Κοπτὸς, ή, όν, contuſus. 2) pharmacum ad placentæ formam tundendo factum. Ab ſq.

Κόπτω, f. ψω, ſcindo, ſeco, findo. 2) amputo, ſuccido, cædo. 3) vulnero, ſaucio. 4) cædo, percutio, ferio. 5) impello, pulſo. 6) cudo. 7) tundo. 8) obtundo. 9) ſuccutio. 10) præcido. κόπτομαι, plango, cædor &c. κεκοπώς, perf. med. qui pulſavit. κεκομμένος, paſſ. conciſus. κοπῆναι, aor. 2. paſſ. cædi, cæſum eſſe.

Κοπώδης, εος, ὁ, ἡ, laborioſus. 2) moleſtus, laſſitudinem afferens: epith. morborum. 3) laſſus, feſſus, laſſatus. A κόπος.

Κόπωσις, εως, ἡ, labor, moleſtia, fatigatio, laſſitudo. A κοπόω.

Κοραγεῖν, puellam abducere, Heſych. E κόρη & ἄγω.

Κορακεύομαι, denigror. V. L. A κόραξ.

Κορακεύς, έως, ὁ, piſcis ſpecies. κορακέων, gen. pl. ficorum ſpecies. A κόραξ.

Κορακίας, ου, ὁ, corvinus, corvo ſimilis. 2) graculus. Ab eod.

Κορακινίδιον, ου, τὸ, parvus coracinus. A κορακῖνος.

Κοράκινος, ίνη, ινον, corvinus. A κόραξ.

Κορακῖνος, ου, ὁ, coracinus, piſcis quidam. Ab eodem.

Κορακίον, ου, τὸ, corvus parvus. 2) malleus, quo fores pulſantur. 3) ſpecies fici. Dim. a κόραξ.

Κορακίσκος, ου, ὁ, corvus, Gl. Vet. parvus corvus. Dim. ejusd.

Κορακοειδής, έος, ὁ, ἡ, corvi ſpeciem habens. Ex eod. & εἶδος, ſpecies.

Κορακώδης, εος, ὁ, ἡ, corvinus, corvini generis. A κόραξ.

Κοραλλίζω, coralli more rubeo. A ſeq.

Κοράλλιον, κουράλλιον, ου, τὸ, corallium, corallum, curalium, lapis marinus rubens.

Κοραλλιοπλάστης, ου, ὁ, qui e corallio fingit figuras &c. (vel ſimpliciter, qui κοραλλια, pupas, opera ſigillaria, cera aliave materia efficit. v. κοροπλάθος.)

Κόραξ, ακος, ὁ, corvus. 2) ſignum cæleſte. 3) nomen piſcis. 4) machina bellica, genus unci, ad uſus bellicos. 5) malleus, quo fores pulſantur. 6) roſtrum gallinaceum. Euſt. 7) genus ſupplicii. 8) nomen paſtilli. 9) repagulum.

Κοράσιον, ου, τὸ, pupa, puella, puellula. A κόρη

Κορασιώδης, εος, ὁ, ἡ, puellaris. A pr.

Κοράττω, f. ξω, improbe, cupide flagito, Suid. Heſ. A κόραξ.

Κορδακίζω, f. ίσω, cordacem ſalto. A κόρδαξ.

Κορδακικός, ή, όν, cordacicus, cordaci conveniens. Ab eod.

Κορδακισμός, οῦ, ὁ, cordacis ſaltatio. A κορδακίζω.

Κόρδαξ, ακος, ὁ, cordax, genus ſaltationis comicæ & laſcivioris.

ΚΟΡΔΥΛΗ, ης, ἡ, clava, fuſtis. 2) involucrum capitis. 3) viliſſimus piſciculus quidam, qui & κόρδυλος. 4) fœtus thynni.

Κορεία, ας, ἡ, virginitas. 2) pulcritudo, Heſ. 3) ſacrificium in honorem Proſerpinæ, Id. 4) ſaturitas, Id. A κόρη vel κορέω.

Κορεννύω, ſaturo. v. κορέω.

Κορέσκω, pro κορέω. Nicand.

Κορεστός, ή, όν, ſatiabilis. Ab eod.

Κόρευμα, ατος, τὸ, virginitas. A ſeq.

Κορεύω, f. εύσω, devirgino, ſtupro. paſſ. κορεύσεται, devirginatur. A κόρη.

Κορέω, κορεννύω, κορέννυμι, f. έσω & ήσω, ſatio, ſaturo. κεκορεσμένος, & κεκορημένος, perf. paſſ. ſatiatus. ἐκορέσθην, aor. 1. paſſ. ſatiatus ſum. κορέσσατο, poet. pro ἐκορέσατο, aor. 1. med. ſe ſatiavit. κεκόρεστο, 3. ſ. pluſquamperfect. paſſ. ſatiatus erat. κορέει, poet. pro κορεῖ, Fut. 2. act. ſatiabit. A κόρος.

Κορέω, f. ήσω, verro, purgo, & hinc orno. κεκορημένος, purgatus, perf. paſſ. A κόρος.

Κόρη, ης, ἡ, pupa, puella, juvencula, virgo, filia,

lia, puella nupta. 2) Proserpina. 3) pupa, imaguncula, qua puellæ ludunt. 4) pupilla, nigricans pars oculi.

Κόρηθρον, ου, τὸ, scopæ, scopulæ. A κορέω.

Κόρημα, ατος, τὸ, purgamentum. 2) scopæ. Ab eod.

Κορημάτιον, ου, τὸ, scopulæ, Gl. Vet. Ab eod.

ΚΟΡΘΥΣ, υος, ἡ, acervus manipulorum frumenti, ap. Theocr. 2) agger, tumulus. Hes. Suid.

Κορθύνω, idem quod sequens κορθύω.

Κορθύω, in acervum colligo, coacervo. κορθύεται, attollitur, intumescit. A κόρθυς.

Κορίαννον, vel κορίαννον, ου, τὸ, coriandrum. 2) annulus, qui in indice digito gestatur.

Κορίδιον, ου, τὸ, puellula, pupa. Dim. a κόρη.

Κορίζομαι, f. ίσομαι, blandior, blande compello. Ab eod. v. ὑποκορίζ.

Κορικὸς, ἡ, ὸν, ad puellas vel virgines spectans, Pollux. A seq.

Κορικὸς, ἡ, ὸν, puellaris, virginalis. A κόρη.

Κορικῶς, *Adv.* puellariter, virginum more. A pr.

Κορινθιάζω, scortari, lenonem agere. Hesych. A Κορίνθιος.

Κορινθιουργὴς, έος, ὁ, ἡ, a Corinthio opifice, it. ære Corinthiaco factus. E seq. & ἔργον.

Κορίνθιος, ία, ιον, Corinthius. A Κόρινθος.

Κορινθίως, *Adv.* more Corinthiaco. A pr.

Κόρινθος, ου, ἡ, Corinthus, urbs in Isthmo Achaico.

Κόριον, ου, τὸ, pupa, puellula. 2) sacrificium pro puellis s. pueris juvenculis. 3) coriandrum. οἱ ὁ. Dim. a κόρη.

Κόρις, ιος, ὁ, vel ἡ, cimex. 2) herbæ seu fruticis nomen, qui alias hypericon appellatur. κόρεις, cimices.

Κορίσκη, ης, ἡ, puella, puellula, pupa. Dim. a κόρη.

Κορίσκιον, ου, τὸ, idem & ab eod.

Κορίσκω, ap. Hippocr. pro κορέσκω, κορέω, satio, repleo.

Κορκορυγέω, ῶ, f. ήσω, strepo, crepo, murmuro, *de ventre*. A seq.

Κορκορυγὴ, ῆς, ἡ, intestinorum tumultus ac strepitus. 2) strepitus quivis.

Κορκορυγμὸς, ῦ, ὁ, idem & ab eod.

Κορμίζειν, truncare, putare. 2) circumligare. Hes. A seq.

Κορμὸς, ῦ, ὁ, truncus, caudex, stipes.

Κορνοπίων, cognomentum Herculis, quod a fugatis locustis accepit. A seq.

ΚΟ'ΡΝΩΨ, οπος, ὁ, locusta.

Κόροιφος, ου, ὁ, ἡ, virginum corruptor. E κόρη & οἰφέω, *coiro*. (sed οιβος, ιφος, & υφος sunt meræ terminationes.)

Κοροκόσμιον, ου, τὸ, puellarum s. virginum ornamentum. Ex eod. & κόσμος, *ornamentum*.

Κορονέτης, ὁ, ap. Dion. C. v. κρονέτης.

Κοροπλάθος, ου, ὁ, ἡ, qui pupas fingit. A κόρη & πλάσσω, *fingo*. v. κοραλλιοπλάθης.

Κοροπλάθης, ου, ὁ, ἡ, idem & ex iisd.

Κόρος, ου, ὁ, satietas, fastidium. 2) fastus, arrogantia, superbia e nimia rerum bonarum lautarumque copia.

Κόρος, ου, ὁ, puer, juvenculus, filius. Alias & κοῦρος. 2) germen novellum.

Κόρος, corus, mensuræ quoddam genus.

Κόρσεον, & κόρσιον, τὸ, radix loti.

Κορσεὺς, έος, ὁ, tonsor, Hesych. A seq.

Κόρση, *Att.* κόῤῥη, ης, ἡ, crinis, 2) tempus, pars capitis. 3) caput ipsum. 4) maxilla, gena, bucca, mala. A κείρω.

Κόρσης, ου, ὁ, qui barbam sibi primum rasit. Ab eod.

Κορσόω, ῶ, tondeo, rado, Hes. Ab eod.

Κορσωτεὺς, έως, ὁ, tonsor. A pr.

Κορσωτὴρ, ῆρος, ὁ, idem & ab eod.

Κορσωτήριον, ου, τὸ, tonstrina. A pr.

Κορσωτὸς, ἡ, ὸν, idem quod κοσσωτὸς, apud Lycophr.

Κορυβαντιασμὸς, ὁ, orgia, bacchatio. it. expiatio Corybantum ritu facta. A seq.

Κορυβαντιάω, ῶ, f. άσω, Corybantas imitor entheo incessu, insanio. A κορύβας.

Κορυβαντίζω, f. ίσω, Corybanthum sacris initio. Ab eod.

Κορυβαντικὸς, ἡ, ὸν, corybantius. 2) corybanti proprius. Ab eod.

Κορυβαντεῖον, ου, τὸ, Corybantum templum.

Κορυβαντισμὸς, ῦ, ὁ, vide κορυβαντιασμός.

Κορυβαντώδης, ες, corybantius, similis Corybantum motibus, gestibus. A κορυβαντιάω.

ΚΟΡΥ'ΒΑΣ, αντος, ὁ. Κορύβαντες, Corybantes, sacerdotes Deæ Phrygiæ, Rheæ, Cybeles.

Κορυδαλλὶς, ίδος, ἡ, galerita, genus alaudæ. A κορυδός.

Κορυδαλὸς, & κορυδαλλὸς, ῦ, ὁ, idem & ab eodem.

Κορυδὸς, ῦ, ὁ, galerita, alauda cristata. A κόρυς.

Κόρυζα, ης, ἡ, gravedo, humoris crudi e capite destillatio, morbus cerebri. 2) mucus narium, pituita. 3) stoliditas, stupor.

Κορυζάω, ῶ, f. ήσω, gravedine laboro, muco plenus sum. 2) stupeo, insanio.

Κορύζω, idem. Polyb. Hes.

Κορυθάϊξ, ικος, ὁ, galeam movens, cui galea inter ambulandum attollitur, & quasi subsilit, nutat; brevi, bellator. A κόρυς & ἀΐσσω.

Κορυθαίολος, vel κορυθαιόλος, ου, ὁ, ἡ, qui habet galeam variegatam, cristatus, aut qui galeam inter dimicandum variis modis partes in omnes agitat. 2) armatus, agilis, celer ad pugnam, bellicosus. Ex eod. & αἰόλος, *varius*.

Κορύθιον, ου, τὸ, galeola, Gl. Vet. Dim. a κόρυς.

Κορυκοβολία, ας, ἡ, pilæ jactatio, exercitii genus. E κώρυκος & βάλλω.

Κορυκομαχία, ἡ, idem. E seq. & μάχη.

Κόρυκος, ου, ὁ, sacculus, marsupium. 2) scrotum. 3) pilæ genus, folliculus, infra per ω, κώρυκος. quæ scriptio est usitatior.

Κορυμβήθρα, ας, ἡ, hedera, corymbos ferens. A κόρυμβος.

Κορυμβίας, ου, ὁ, sc. κιττὸς, hederæ species, cujus racemi in orbem sunt contorti. Ab eod.

Κορυμβόομαι, ῦμαι. κεκορυμβωμένη κόμη, Suid. coma corymbis fastigata. A seq.

Κόρυμβον, ου, τὸ, vel κόρυμβος, ου, ὁ, quicquid excelsum est, vel eminens. Hinc 2) cacumen montis, item mons ipse. 3) aplustria navium. 4) coma ita structa, ut a fronte supra caput attollatur. 5) caulis, racemus. 6) etiam ramus. 7) corymbus, bacca.

Κορυνάω, ῶ, instar clavæ fastigium habeo, fastigor, & velut thyrsum erigo. A seq.

Κορύνη, ης, ἡ, clava. 2) metaph. pro asini veretro, Nicand. 3) κορύνη βλαστοῦ. geniculatum incrementum & cacuminum articulatio in germinatione arborum. 4) κορῶναι, articulus summi humeri nec non cubiti, capitulata s. capitata ossa in humeri cubitique articulatione, ap Pollucem.

Κορύνησις, εως, ἡ, germinatio. Athen. A pr.

Κορυνήτης, ου, ὁ, qui clava utitur in pugna, clavator, Gl. Vet. Ab eod.

Κορυνηφόρος, ου, ὁ, claviger, clavator. E κ. & φέρω.

Κορυνοειδής, έοσα, όεν, clavæ formam habens, in clavæ modum cuneatus. A κορύνη.

Κορυνῆτις, ιδος, ἡ, clavigera. A κορυνήτης.

Κορυνώδης, εος, ὁ, ἡ, idem quod κορυνοειδής.

Κορυπτίλος, ου, ὁ, qui cornibus petit, petulcus. cornupeta, Gl. Vet. A seq.

Κορύπτω, f. ψω, & κορύττω, f. ύξω, cornibus peto, cornibus ferio. arieto, Gl. Vet.

Κόρυς, υθος, ἡ, galea, cassis. 2) galerita, alaudæ genus.

Κορύσσω, galea armo. 2) armo. 3) incito, & κορύσσομαι, impetu feror, furo. A pr.

Κορυστής, ου, ὁ, armatus miles, bellator. A pr.

Κορύττω, v. κορύπτω.

Κορυφαία, ας, ἡ, pars habenæ summum caput equi cingens. scil. ἡνία. A κορυφή.

Κορυφαῖον, ου, τὸ, pars retis. scil. ἀμφίβληστρον. A seq.

Κορυφαῖος, αία, αῖον, verticalis, in vertice positus. 2) supremum locum obtinens, supremus, præcipuus. 3) præsul, præcentor. 4) reperitur etiam Superlativus, apud Plutarch. Jos. non apud antiquiores. A seq.

Κορυφή, ῆς, ἡ, vertex capitis. 2) cacumen, fastigium, vertex cujusvis rei. 3) summa, caput. 4) ornamentum quoddam muliebre capitis. 5) digiti extremitas interna. 6) pars ossis versus anum inclinans.

Κορυφιστήρ, ῆρος, ὁ, pars ornamenti muliebris, sc. τῆς κορυφῆς, vel τῆς κρωβύλης. A pr. n. 4.

Κορυφόω, ῶ, f. ώσω, in verticem attollo, fastigo, consummo. κορυφόομαι, in verticem attollor, fastigor, consummor. dicitur & de mari commoto ventis. A κορυφή.

ΚΟ'ΡΧΟΡΟΣ, ου, ὁ, olus quoddam vile silvestre. 2) piscis quidam.

Κορώνεως, ω, ficus, cujus fructus coracino colore sunt.

Κορώνη, ης, ἡ, cornix. 2) malleus ferreus, quo fores pulsantur. 3) annulus, quo fores attrahuntur. 4) summitas in curvamine arcus, curvatura in arcu, ubi alligatur utrimque nervus. 5) inflexum s. curvitas in puppi navis. 6) apex ligni inter utrumque bovem in aratro protensi. 7) quævis summitas. 8) corona.

Κορωνιάω, ῶ, cervicem vel cornua effero. 2) incurvus & lunatus sum. 3) ap. Polyb. interpretantur contendo, obtrecto. A pr.

Κορωνιδεύς, έως, ὁ, cornicis pullus. A κορωνίς.

Κορωνίζω, f. ίσω, more cornicis stipem colligo, ut solebant circulatores quidam, cornicem præferentes, stipemque ei corrogabant, cantilenam quandam canentes. Ab eod.

Κορώνιος, incurva & lunata habens cornua. Hes.

Κορωνίς, ίδος, ἡ, epith. navis, vel nigræ, vel cujus puppis inflexa. 2) summitas cornuum in bubus inflexa. 3) nota grammaticorum appingi solita ad denotandum finem partis alicujus, velut scenæ in fabulis scenicis. 4) fastigium, summitas, apex alicujus rei. 5) id, quod ultimum ædificio imponitur. 6) cornix. A κορώνη.

Κορώνισμα, ατος, τὸ, carmen τῶν κορωνιζόντων.

Κορωνιστής, οῦ, ὁ, circulator κορωνίζων.

Κορωνοβόλον (ὄργανον) instrumentum ad cornices petendas accommodatum. E κορώνη & βάλλω.

Κορωνοποειδής, έος, ὁ, ἡ, pedi cornicis similis. E κορωνόπους & εἶδος, figura, forma.

Κορωνοπόδιον, τὸ, Dim. seq.

Κορωνόπους, οδος, ὁ, pes cornicis, herba quædam.

Κορωνός, ή, elatus, cervicem efferens. A κορώνη, summitas.

Κοσκινίζω, f. ίσω, cribro. A κόσκινον.

Κοσκινηδὸν, Adv. in modum cribri. Ab eod.

Κοσκινεύω, f. εύσω, cribro. Ab eod.

Κοσκίνιον, ου, τὸ, cribellum. Dim. a κόσκινον.

Κοσκινόγυρος, ου, ὁ, circulus ligneus ambiens cribrum. Ex eod. & γῦρος, circulus.

Κοσκινόμαντις, εως, ὁ, ἡ, e cribro divinans.

Κόσκινον, ου, τὸ, cribrum.

Κοσκινοποιός, οῦ, ὁ & ἡ, qui cribra conficit, cribrifex. Gl. Vet. cribrarius. E pr. & ποιέω.

Κοσκινοπώλης, ου, ὁ, cribrorum venditor.

Κοσκινόρινος, ου, ὁ, pellis ad conficienda cribra, vel cribrum e pelle. Hes. E κόσκινον & ῥινός, pellis, corium.

ΚΟΣΚΥΜΑ'ΤΙΑ, ων, τὰ, minuta rerum, ut corii, præsegmina, quæ abjici solent.

Κοσμάριον, ου, τὸ, (parvum) ornamentum, in pr. exquisitius, ut annuli, torques &c. Dimin. a κόσμος.

Κοσμέω, ῶ, f. ήσω, orno, honesto, condecoro. 2) ordino, digero, dispono. 3) adorno, instruo, apparo. 4) fungor magistratu. οἱ κοσμοῦντες, magistratus. Aristot. v. κοσμητὴς & κοσμήτωρ.

Κόσμημα, ατος, τὸ, ornamentum, insigne. A præc.

Κόσμησις, εως, ἡ, ornatio, exornatio. Ab eod.

Κοσμήτειρα, ἡ, ornatrix. A κοσμήτηρ, idem quod seq.

Κοσμητὴς, οῦ, s. κοσμήτης, ου, ὁ, ornator, cinifio. 2) moderator. Ab eod.

Κοσμητικός, ή, όν, ornandi peritus. A pr.

Κοσμητὸς, ή, όν, exornatus, excultus. Ab eod.

Κοσμητρίον, τὸ, instrumentum, quo in ornando, verrendo utimur, scopæ. Ab eod.

Κοσμήτωρ, ορος, ὁ, dux, princeps. 2) qui aciem instruit. Ab eod.

Κοσμικὸς, ή, όν, mundanus, rebus humanis deditus. 2) sæcularis, qui extra clerum est. 3) externus, visibilis, caducus. A κόσμος.

Κόσμιον, ου, τὸ, ornamentum exquisitius, deliciæ. Ab eod.

Κόσμιος, ία, ιον, vel κόσμιος, ου, ὁ, ἡ, qui est moribus compositis, moderatus, modestus. Hinc τὸ κόσμιον, ου, modestia, & οἱ κόσμιοι, elegantiores homines. Ab eod.

Κοσμιότης, ητος, ἡ, modestia, decorum, pudor. A pr.

Κοσμιώδης, εος, ὁ & ἡ, modestus, elegans. Ab eodem, & εἶδος.

Κοσμίως, Adv. moderate, modeste. 2) ordine.

Κοσμογένεια, vel κοσμογονία, ας, ἡ, mundi generatio, creatio, origo. E κόσμος & γίνομαι.

Κοσμογονία, ἡ, origo mundi, qualis vel a philosophis fingitur, vel a Mose traditur. Ex iisd.

Κοσμογραφία, ας, ἡ, descriptio mundi. A seq.

Κοσμογράφος, ου, ὁ & ἡ, qui mundum describit.

Κοσμοκόμης, ου, ὁ, comam ornans, epith. pectinis.

Κοσμοκράτωρ, ορος, ὁ, mundi imperium obtinens. 2) rex, & quilibet magistratus. E κ. & κρατέω.

Κοσμολογία, ας, ἡ, disputatio de mundo, ejus origine, natura. E κ. & λόγος.

Κοσμολογικὸς, ή, όν, ad doctrinam de mundo pertinens. A pr.

Κοσμοπλάστης, ου, ὁ, mundi fictor, mundi creator. E πλάσσω, *fingo*.

Κοσμοπλόκος, ὁ, ἡ, ornans mundum. Epith. Apoll. f. folis. E κ. & πλέκω.

Κοσμοποιέω, ῶ, f. ήσω, mundum condo.

Κοσμοποιΐα, ας, ἡ, mundi fabricatio, f. creatio. A seq.

Κοσμοποιὸς, οῦ, ὁ, mundi conditor. E κ. & ποιέω.

Κοσμόπολις, ὁ, nomen magiſtratus, ap. Polyb. v. κοσμεῖν & κόσμος.

Κοσμοπολίτης, ου, ὁ, mundi civis, incola mundi. Philo.

Κόσμος, ου, ὁ, ordo. 2) modus & ratio. 3) diſciplina. 4) ornatus, ornamentum, mundus muliebris. 5) decus, laus. 6) magiſtratus. 7) *Philoſophi ſic inſtituerunt vocare* totam compagem rerum omnium, ob ordinis pulchritudinem: *unde & latini philoſophi* mundum *vocavere*: in primiſque cœlum, h. e. ſidera. In ſacris etiam ſignificat 8) homines univerſos. 9) homines impios.

Κοσμοσάνδαλον, τὸ, planta bellum florem edens, ap. Athen.

Κοσμοσωτήριος, ου, ὁ, ἡ, mundo ſalutaris.

Κοσμουργία, ας, ἡ, mundi opificium. A ſeq.

Κοσμουργὸς, οῦ, ὁ, mundi opifex, conditor. E κ. & ἔργον.

Κοσμοφθόρος, ὁ, mundi vaſtator. E κ. & φθείρω.

ΚΟΣΣΟΣ, ου, ὁ, colaphus, alapa.

Κοσσοτραπέζος, ὁ, paraſitus vilis, coprea. E pr. & τράπεζα.

Κόσσυφος, vel κόττυφος, ου, ὁ, merula, *avis*.

Κοστάριον, ου, τὸ, locus ubi coſtus creſcit. A ſq.

Κόστος, ου, ὁ, coſtus, planta aromatica.

ΚΟΣΤΥΜΒΗ, vel κοσύμβη, ης, ἡ, crinium nodus. 2) capitis redimiculum. 3) tunica fimbriata. 4) fibula, vel vinculum.

Κόσυμβος, vel κόσσυμβος, ου, ὁ, idem.

Κοσυμβωτὸς, οῦ, ὁ, fimbriatus, nodatus, nodis ſubſtrictus. epith. tunicæ. οἱ ὁ. A pr.

Κοσίρα, ἡ, nomen feminæ nobilis, divitis, voluptariæ, & arrogantis, ap. Comic. v. κοισ.

Κοτάινω, idem quod ſeq.

Κοτέω, iraſcor, ſimultates exerceo; it. invideo. κοτεσσάμενος, aor. 1. *med.* iratus. Perſ. part. κεκοτηκὼς, pro κεκοτηκὼς, κεκοτηότι θυμῷ, irato animo. A κότος.

Κοτήεις, ήεσσα, ῆεν, iratus. Ab eod.

Κοτινὰς, άδος, ἡ, ut κοτινὰς ἐλαία, olea oleaſtro inſerta. 2) bacca oleaſtri. A κότινος.

Κοτινοφόρος, ου, ὁ, ἡ, oleaſtrum ferens. E ſeq. & φέρω.

Κότινος, ου, ὁ, ἡ, oleaſter, oliva ſilvatica. 2) corona ex oleaſtro. 3) acinus.

Κοτὶς, ίδος, ἡ, occiput, vertex capitis. a κότις, ap. Heſ. ira.

Κότος, ου, ὁ, ira vetus, ſimultas, invidia. A κεῖμαι.

Κοττάβειον, ου, τὸ, præmium, quod ei dabatur, qui cottabo viciſſet. 2) pelvis, in quam id, quod a potu in poculo reliquum erat, ita effundebatur, ut reſonaret. A κότταβος.

Κοτταβίζω, f. ίσω, cottabo ludo, vel certo. 2) vomo, evomo. Ab eod.

Κοτταβικὸς, ἡ, ὸν, qui in cottabo uſurpatur, fit, adhibetur, ad cottabum pertinens. Ab eod.

Κοτταβὶς, ίδος, ἡ, idem quod κοτταβεῖον, & ab eodem.

Κοττάβισις, εως, ἡ, idem quod ſq. & ab eod.

Κοτταβισμὸς, οῦ, ὁ, luſus cottabi. A κοτταβίζω.

Κότταβος, ου, ὁ, cottabus, genus ludendi, cum vini guttas e calice in altum jaciebant, ut caderet in æreas pelves, &, ſi major ſtrepitus edebatur, ab amica ſe amari credebant. 2) vinum ipſum, quod ita effunditur.

Κοττάριον, τὸ, Dim. ſeq.

ΚΟΤΤΗ, ης, ἡ, caput. Heſych.

Κόττις, ἡ, idem. Dor. ap. Poll. v. κοτὶς.

Κοττοὶ, galli gallinacei. A κόττη, caput criſtatum. Heſych.

Κοτύλη, ης, ἡ, cavum. 2) cavum coxæ, in quo caput femoris vertitur. 3) vola ſive cavum manus vel pedis. 4) quævis cavitas profundior oſſis, in qua aliud volvitur. 5) vaſculum concavum. 6) menſura liquidorum, hemina, cotyla, cyathus, poculum. 7) menſura aridorum, unciarum novem capax.

Κοτυληδὼν, όνος, ἡ, idem. 2) umbilicus Veneris, herba. 3) pars concava in Polypodis cirris, & cirri ipſi. 4) os venæ l. arteriæ intra uterum eminentis. A pr.

Κοτυλήρυτος, vel κοτυλήρρυτος, ου, ὁ, ἡ, ap. Hom. large fluens, velut fuſus poculo. E κοτύλη & ῥέω.

Κοτυλιαῖος, αία, αῖον, cotylæ menſuram æquans. Ab eod.

Κοτυλίζω, f. ίσω, per cotylas ſ. heminas liquida aridave vendo. Ab eod.

Κοτυλὶς, ίδος, ἡ, cavum coxendicis. Ab eod.

Κοτυλίσκη, ης, ἡ, parva cotyla. Dimin. a κοτύλη.

Κοτυλίσκιον, ου, τὸ, idem & ab eod.

Κοτυλίσκος, ου, ὁ, parvus crater, Baccho ſacer, quo utebantur ſacerdotes ejus. 2) placentæ genus.

Κότυλος, ου, ὁ, poculum, (capiens quantum cotyla.) 2) menſura unciarum 9. Ab eod.

Κοτυλώδης, εος, ὁ, ἡ, cotylæ formam habens.

Κοῦ, *Ion.* pro ποῦ, vid.

ΚΟΥΚΙ, τὸ, cuci, arbor. 2) fructus, pomum arboris cuci.

Κουκίμηλον, ου, τὸ, cuci pomum.

Κουκιοφόρος, ου, ὁ, ἡ, arbor cuci. E κοῦκι & φέρω.

Κουλεὸν, οῦ, τὸ, ſive κουλεὸς, οῦ, ὁ, poet. pro κολεός.

Κουλεόπτερος, ου, ὁ, ἡ, v. κολεόπτερος.

Κοῦμι, ſurge. Vox Ebr. in N. T.

Κουρὰ, ᾶς, ἡ, tonſura. A κείρω.

Κουράλιον, ου, τὸ, curalium, idem quod κορ. 2) pupa, qua ludere puellæ ſolent, cera panniſve facta.

Κουρεακὸς, ἡ, ὸν, tonſorius, ad tonſores pertinens, qui fit a tonſoribus. A κουρά.

Κουρεῖον, ου, τὸ, tonſtrina, officina tonſoris. A κουρεύς.

Κουρειάω, cupio tonderi. Ab eod. v. κουριάω.

Κουρεὺς, έως, ὁ, tonſor. Ab κουρεύω.

Κουρευτὴς, οῦ, ὁ, idem & ab eod.

Κουρεύτρια, ας, ἡ, tonſtrix. A pr.

Κουρεύω, f. εύσω, tondeo. A κουρά.

Κούρη, ης, ἡ, idem quod κόρη, poet.

Κουρήτμος, ον, detonſus, ſcil. capillus. A κουρά.

Κουρίας, ου, ὁ, tonſus. Ab eod.

Κουριάω, ῶ, tonderi volo. Ab eod.

Κουρίδιος, ία, ιον, juvenilis. Epith. mariti, cui uxor nupſit cum virgo eſſet. & uxoris quam quis virginem duxit. (vel quæ ducitur domum ad κόρους liberos legitimos ex ea ſuſcipiendum.) A κοῦρος vel κούρη.

Κουρίζω, f. ίσω, juvenilem ætatem ago. 2) juvenilia ſapio. 3) a puerili ætate educo. 4) tondeo, attondeo. 5) ſuccido. 6) deputo. A κοῦρος pro κόρος, vel a κουρά.

Κουρικὸς, ἡ, ὸν, tonsorius, ad tonsorem pertinens, f. ad tonsuram idoneus. A κουρά.

Κούρι... , ίων, ίαι, idem & ab eod.

Κουρὶξ, *Adv.* per comam, coma. Ab eod.

ΚΟΥ'ΡΜΙ, τὸ, curmi, potionis genus ex hordeo vel tritico.

Κουροβόρος, ὁ, ἡ, natos, pueros perdens. E κοῦρος & βορά.

Κουρογονία, ας, ἡ, puerorum vel puellarum præf. liberorum, seu ingenuorum, generatio. Ex eod. & γονὴ, *generatio*.

Κουροθάλλης δάφνη, laurus virentibus ramis decora. (vel quam pueri gerant in capite, carmina in ludis canentes & tripudiantes.) Ex eod. & θάλλω, *vireo*.

Κοῦρος, idem est, ac κόρος, quod vide.

Κουροσύνη, ης, ἡ, pueritia, infantia. A pr.

Κουροτοκέω, marem pario. A sq.

Κουροτόκος, ε, ἡ, quæ puerum peperit. 2) puerpera, mater. E κοῦρος & τίκτω.

Κουροτροφέω, ῶ, f. ήσω, juvenes nutrio. A sq.

Κουροτρόφος, ε, ὁ, ἡ, juvenum nutritur, vel nutrix, dives juventute bene nata. Ex κοῦρος & τρέφω, *alo*.

Κουστωδία, ας, ἡ, custodia, i. e. milites, quibus custodia imperata est. Vox latina, in N. T.

Κουφαγωγὸς, ὸ, ὁ, ἡ, leve onus ferens. Ex κοῦφος & ἄγω.

Κουφίζω, f. ίσω, levo, sublevo, adjuvo. 2) in altum tollo. 3) erigo afflictum & consolor. 4) levis sum. A κοῦφος.

Κούφισις, εως, ἡ, levatio, allevatio. A pr.

Κούφισμα, ατος, τὸ, levatio, levamen. Ab eod.

Κουφισμὸς, ὸ, ὁ, idem & ab eod.

Κουφιστικὸς, ὴ, ὸν, levandi vim habens. Ab eod.

Κουφοδοξία, ας, ἡ, vana opinio. E κοῦφος & δόξα.

Κουφολογέω, ῶ, f. ήσω, verborum levitate utor, nugor. A κουφολόγος.

Κουφολογία, ας, ἡ, nugæ. 2) loquacitas. Ab eod.

Κουφολόγος, ε, ὁ, ἡ, nugator, garrulus. E κ. & λέγω, *dico*.

Κουφότης, ἡ, levitas, inconstantia. Ab sq.

Κουφόνοος, *contr.* κουφόνους, ε, ὁ, ἡ, levis, inconstans. Hinc τὸ κουφόνουν, inconstantia & levitas mentis. E κ. & νόος.

Κουφόνως, *Adv.* cum quadam mentis levitate, temere. A pr.

Κουφόνωτος, ε, ὁ, ἡ, levis & agilis dorsi.

Κουφόπτερος, ον, facile volans. E κ. & πτέρον, *ala*.

Κοῦφος, η, ον, levis. 2) remissus, languidus. 3) exiguus. 4) ventosus, inconstans. 5) vacuus. 6) facilis.

Κουφοτέρως, *Adv.* levius &c. A pr.

Κουφότης, ητος, ἡ, levitas. Ab eod.

Κουφόω, ῶ, f. ώσω, levo, allevo. Ab eod.

Κούφως, *Adv.* leviter, facile. 2) temere. Ab eodem.

Κοφινοποιὸς, ὸ, ὁ, qualillarius, Gl. Vet. A sq.

Κόφινος, ε, ὁ, cophinus, corbis, qualus. 2) mensura apud Bœotos cum liquidorum, tum aridorum.

Κοφινώδης, ες, ad cophini modum factus. A pr.

Κοχλάζω, ebullio, scaturio. A κόχλος.

Κοχλακώδης, εος, ὁ, ἡ, siliceus. A sq.

Κόχλαξ, ακος, ὁ, glarea, calculus, lapillus in fluvii ripa vel maris littore. 2) silex. A κόχλος.

Κόχλαι, ῶν, αἱ, conchæ. Ab eod.

Κόχλασμα, τὸ, fervor aquæ, æstus. 2) quod ebullit. A κοχλάζω.

Κοχλιάριον, ε, τὸ, cochleare. A κόχλος.

Κοχλίας, ε, ὁ, cochlea. 2) machina aquaria. Ab eod.

Κοχλίδιον, ε, τὸ, conchula, parva cochlea. Dim. a κόχλος.

Κοχλὶς, ίδος, ἡ, idem. Ab eod.

Κοχλιώδης, εος, ὁ, ἡ, cochleæ speciem gerens, cochleæ similis. 2) tortuosus, tortilis. A κοχλίας.

Κόχλος, ε, ὁ, concha. 2) conchylium, ostreum, purpura. A sq.

ΚΟ'ΧΛΩ, gyro, roto, torqueo. Etymol.

ΚΟ'ΧΟΣ, ε, ὁ, humor abunde fluens. Schol. Theocr.

Κοχύδω, ῶ, ir. κοχύω, magna copia, abunde fluo. Athen. A χύω.

ΚΟΧΩ'ΝΗ, ης, ἡ, commissura partium conjunctarum cum podice aut femore: item femur ipsum.

Κοχώνιον, ε, τὸ, idem.

Κόψιον, ίε, τὸ, smyrnion herba, vulgo, levisticum.

ΚΟΥ'ΨΙΜΟΣ, ε, ἡ, genus arboris.

Κόψιχος, vel κόσσυφος, ε, ὁ, alias κόσσυφος, avis quædam, merula: al. piscis quidam, ut Athen.

Κράας, ατος, τὸ, caput. A κάρα, *idem*.

Κράβατος, vel κράββατος, ε, ὁ, grabatus, lectus, in quo sedetur, Att. σκίμπους.

Κραββάτιον, ε, τὸ, lectulus. A pr.

ΚΡΑΓΓΗ, ης, ἡ, piscis e genere squillarum.

Κραγγόνες, ων, οἱ, itidem squillarum species. A pr.

Κραγέτης, ε, ὁ, vociferator, clamator. A κράζω.

Κραγὸν, *Adv.* clara, acuta, alta voce. Ab eodem.

Κραδαίνω, vibro, crispo, quasso, concutio: κραδανθεὶς, aor. 1. part. quatiens, vibrans. κραδαίνομαι, concutior, tremisco, nuto, etiam insita gravitate. A κραδάω.

Κραδαῖον, ε, τὸ, folium ficulneum. A κράδη.

Κραδαλὸς, ε, ὁ, ramus ficulnus. Ab eod.

Κραδαλέος, ὰ, ὸν, vibratilis, qui facile concutitur f. quassatur. A sq.

Κραδάω, ῶ, vibro, concutio, quatio. 2) κραδάω laboro. A κράδη.

Κραδεύω, f. σω, idem, ab eod.

Κράδη, ης, ἡ, ramus ficulnus, surculus ficulneus. 2) folium ficulneum. 3) quodvis folium. 4) machina theatralis.

Κραδηφορία, ας, ἡ, gestatio ramorum, *proprie* ficulnorum. E κράδη & φέρω, *fero*.

Κραδίη, ἡ, Jon. pro καρδία.

Κράδος, ε, ὁ, ramus ficulnus. 2) vitium f. morbus in ficu. A κράδη.

Κραδοφάγος, ε, ὁ, ἡ, qui ficus comedit, victu ficuum utitur.

Κράζω, f. ξω, clamo, ut cornix vel corvus crocito. 2) clamo, vociferor, p. p. fut. κεκράξομαι. perf. med. κέκραγα: τί κέκραγας; quid vociferaris?

Κραιαίνω, perficio, perfice, a. 1. imper. Jon. pro κραίνω. A sq.

Κραίνω, f. ανῶ, perficio, effectum reddo. 2) impero, regno. κραανθεὶς, aor. 1. pass. part. consummatus. κραιάνθεισα ψῆφος, victrix sententia.

Κραιπαλάω, ῶ, crapulam sentio, dolorem capitis sentio e nimio potu. 2) inebrior. 3) desipio, deliro per crapulam. κραιπαλῶντες, vacillantes, Philox. A κραιπάλη.

Κραιπάλη, ης, ἡ, crapula. 2) comissatio. 3) obtenebratio mentis a potu.

Κραιπαλίζω, crapulor. A pr.

Κραιπαλόκωμος, ε, ὁ, ἡ, qui ebrius & vino gravatus comissatur.

Κραι-

Κραιπαλώδης, εος, ὁ, ἡ, obnoxius crapulæ, ebriosus. 2) ad crapulam usque potans. A κραιπάλη.

Κραιπνός, ἡ, ὸν, pernix, celer, velox, rapidus. Hinc κραιπνῶς, *Adv.* velociter.

Κραιπνόσσυτος, ου, ὁ, ἡ, idem. E pr. & σύω, *concito*.

Κραιπνοσσύτως, *Adv.* celeriter. A pr.

Κραιπνοφόρος, ου, ὁ, ἡ, celer, velox. Ex eod. & φέρομαι.

Κραιπνῶς, *Adv.* velociter, cito. 2) prospere.

ΚΡΑΓΡΑ, ας, ἡ, caput. Hes. quidam exp. cornu.

Κράκτης, ου, ὁ, clamator, clamosus. A κράζω.

Κρακτικός, ἡ, ὸν, clamosus. A pr.

Κρᾶμα, ατος, τὸ, mixtura, mixtum. 2) vinum aqua mixtum. 3) concretio & temperatura corporis naturalis. A κεράννυμι, *misceo*.

Κραμβαλέος, α, ον, tostus, assus, siccus. A κράμβος.

Κραμβῆον, ου, τὸ, cicuta. Vox Sicula. A sq.

Κράμβη, ης, ἡ, brassica, crambe, caules.

Κραμβίδιον, ου, τὸ, brassica. 2) decoctum brassicæ. A pr.

Κραμβίον, ου, idem quod κραμβίδιον. 2) decoctum brassicæ, ap. Hippocr. Ab eod.

ΚΡΑ'ΜΒΟΣ, η, ον, aridus, siccus, torridus. 2) bonus. 3) dulcis. 4) *Subst.* vitium fructuum, præcipue uvarum.

Κραμβοφάγος, ου, ὁ, ἡ, qui brassica vescitur. E κράμβη & φαγεῖν, *comedere*.

Κραναήπεδος, ου, ὁ, ἡ, asperum solum habens. A κραναός & πέδον, *solum*.

Κρανέϊνος, ίνη, ϊνον, corneus, e corno. A κρανέια.

Κραναός, ὰ, ὸν, asper. 2) sterilis. A κράνον.

Κρανεία, ας, ἡ, & κρανία, cornus, arbor. 2) hasta e corno.

Κρανέϊνος, ίνη, ϊνον, corneus, e corno. A pr.

Κράνειον, s. Κράνιον, Craneum. Nomen Gymnasii Corinthi.

Κράνινος, cornea. A κρανία.

Κράνινος, η, ον, corneus. A κρανία.

Κρανίον, ου, τὸ, calvaria. A κράνον.

Κρανιοκολάπτης, ου, ὁ, genus phalangii, bestiolæ lucernis advolitanti non dissimile, phalangium, quod caput petit, cum in aliquem fertur. E κρανίον & κολάπτω.

Κρᾶνον, ου, τὸ, caput. Eust. A κάρηνον.

Κρανοποιέω, galeas facio. E κράνος & ποιέω.

Κρανοποιός, ου, ὁ, ἡ, galearum opifex. A pr.

Κράνος, εος, τὸ, galea. A κρανίον.

Κρανουργία, ας, ἡ, galearum fabricatio. A seq.

Κρανουργός, ου, ὁ, galearum opifex. E κράνος & ἔργον, *opus*.

Κράντειρα, ας, ἡ, regina. 2) perfectrix. A sq.

Κραντήρ, ῆρος, ὁ, effector, qui efficit vel perficit. 2) κραντῆρες, dentes, qui Lat. genuini. A κραίνω.

Κραντήριος, ὁ, ἡ, efficax, strenuus. Ab eod.

Κράντης, ου, ὁ, idem quod κραντήρ.

Κράντωρ, ορος, ὁ, rex, princeps. Ab eod.

Κραπατάλλες, fatuus, delirus. Hes. 2) numisma. Id. Poll. 3) κραπατάλλοι, pisces quidam. Id.

Κράς, ατός, τὸ, caput.

Κρᾶσις, εως, ἡ, mixtio, mixtura, proprie, qua aqua vino miscetur. 2) temperamentum corporis & elementorum. 3) contractio Vocalium & Diphthongorum apud Grammaticos. A κεράννυμι.

Κράσπεδον, ου, τὸ, fimbria, limbus, instita, lacinia. 2) margo retis. 3) margo littoris. 4) montis radix. 5) vestis sacerdotis, sic dicta, quod solum usque pertingat. E κρέμαμαι & πέδον, *solum*.

Κρασπεδόω, cingo, circumdo velut fimbria. A pr.

Κρασίδομον, ου, τὸ, crates lignea super præsepi, cui imponitur fœnum. Pollux. A κράστις.

Κραστίζεσθαι, vesci gramine. Etym. Ab eod.

ΚΡΑ'ΣΤΙΣ, εως, ἡ, gramen.

Κραταιβόλος, ου, caput percutiens. A κρὰς & βάλλω.

ΚΡΑ'ΤΑΙΓΟΣ, vel κραταιγός, ου, ὁ, arbor habens folium simile mespilo.

Κραταιγύαλος, ου, ὁ, ἡ, firmus, fortis. A κραταιός & γύαλον, *vola*.

Κραταιγών, όνος, ὁ, idem quod κράταιγος: alii tamen distinguunt.

Κραταιΐς, *Adv.* valide, vel *Subst.* vis magna. E κραταιός & ἶς, *vis*.

Κραταίλεως, ω, lapidosus, asper, Epith. soli, terræ. Ex eod. & λᾶς, *lapis*.

Κραταιόω, conforto. Gl. V. A κράτος.

Κραταῖον, ου, τὸ, consuetum scripturæ aut picturæ firmamentum. V. L. A κραταιός.

Κραταιός, ὰ, ὸν, potens, fortis, acer, robustus, validus. 2) validus s. potens in retinendo. 3) ingens, magnus. 4) violentus, truculentus. A κράτος.

Κραταιότης, ητος, ἡ, robur, vis, fortitudo. A præced.

Κραταιόω, ῶ, f. ώσω, reddo potentem, corroboro. Ab eod.

Κραταίπεδον, solum firmum, seu lapidibus stratum. E κραταιὸς & πέδον.

Κραταίπους, οδος, ὁ, ἡ, qui pedes robustos habet. Ex eod. & πούς.

Κραταίωμα, ατος, τὸ, robur. A κραταιόω.

Κραταιῶς, *Adv.* valide. A κραταιός.

Κρατάνιον, τὸ, genus poculi, apud Athen.

Κρατεραύχην, ὁ & ἡ, robustam cervicem habens.

Κρατερός, ρὰ, ρὸν, validus, fortis. 2) vehemens, acer, violentus. 3) acerbus, minax. 4) durus, velut petentibus, monentibus, suadentibus &c. A κράτος.

Κρατερόφρων, ονος, ὁ, ἡ, invictus animo, cui mens est dura & rigida, durus, acer, præfractus. 2) magnanimus. E pr. & φρήν.

Κρατερόω, ῶ, f. ώσω, validum & firmum reddo, solido. A κρατερός.

Κρατερόδους, ὁ, ἡ, validos dentes habens.

Κρατέρωμα, ατος, τὸ, mixtura æris & stanni, qua quid solidatur, s. id quo solidantur metalla. A κρατερόω.

Κρατερῶνυξ, υχος, ὁ, ἡ, solidos, firmos & robustos ungues habens, solidas ungulas habens.

Κρατερώνυχος, ου, ὁ, ἡ, idem & ex iisd.

Κρατερῶς, *Adv.* valide, fortiter, strenue, firmiter. 2) totis viribus. 3) intrepide. 4) aperte. A κρατερός.

Κρατευταί, ῶν, αἱ, verutum fulcra. A κρατέω.

Κρατευτήρια, ων, τὰ, idem & ab eod.

Κρατέω, ῶ, f. ήσω, imperium obtineo, impero, dominor. 2) possideo, potior, compos sum. 3) superior sum, vinco. unde 4) præsto, excello. 5) contineo. 6) vinco, obtineo, invalesco, retineo, mordicus retineo. 7) memoria teneo. 8) prehendo, apprehendo. A κράτος.

Κράτευμα, τὸ, fulcimentum. A pr.

Κρατήρ, ῆρος, ὁ, crater, vas, in quo miscetur aqua

aqua vinum. 2) signum cœleste. 3) receptaculum aquæ salientis. 4) κρατῆρες, montis Ætnæ foramina, quibus ignis cinisque evomitur. A κεράννυμι.

Κρατηρίζω, fut. ίσω, compoto. Eust. ex Vett. ἐκρατηρίσθημεν, aor. 1. pass. inebriati sumus exhaustis crateribus. Hes. 2) dicitur tamen & de ministro compotorum, vinum ministrante. A pr.

Κρατηρίδιον, ε, τὸ, parvus crater. Dim. ab eod.

Κρατησίμαχος, ε, ὁ, ἡ, qui victoriam in præliis obtinet. E κρατέω & μάχομαι.

Κρατησίπες, ω, pede validus. Ex eod. & π.

Κρατησίππος, ε, ὁ, ἡ, qui vincit equis. Ex eod. & ἵππ.

Κράτησις, εως, ἡ, potentia, retentio. Philox. A κρατέω.

Κρατητικὸς, ή, ὸν, tenax, Gl. V. Ab eod.

Κρατιστεύω, f. εύσω, præsto, antecello. τὸ κράτιστον, potissimum & præstantissimum, flos rei. A κράτιστος.

Κρατιστίνδην, Adv. delectu. A seq.

Κράτιστος, ίση, ισον, fortissimus, validissimus. 2) optimus. Superl. a κρατὸς. κράτιστα, Adv. optime.

Κρατοβορὸς, ῦτος, ὁ, caput devorans. E κρὰς & βιβρώσκω.

Κράτος, εος, τὸ, robur, vis, potentia. 2) imperium, imperii summa. 3) victoria, & finis belli per victoriam. 4) pars manus vergens ad digitos, in qua manus robur.

Κρατυντὴρ, ῆρος, ὁ, victor, prævalens. Hes. A κρατύνω.

Κρατυντήριος κλισμὸς, sella ad retinendum & firmandum. A pr.

Κρατυντικὸς, ή, ὸν, firmandi vim habens. A seq.

Κρατύνω, f. υνῶ, validum ac firmum reddo, munio. 2) confirmo, stabilio, vim magnam tribuo. 3) roboro, induro. 4) impero. A seq.

Κρατὺς, ύ, validus, fortis, potens. A κράτος.

Κρατυσμὸς, ῦ, ὁ, corroboratio. A κρατύς.

Κραυγάζω, f. άσω, clamo, vociferor. A κραυγή.

Κραυγασμὸς, idem, & ab eod.

Κραυγαστὴς, ε, ὁ, vociferator, clamosus. A κραυγάζω.

Κραυγαστικὸς, ή, ὸν, clamosus. Ab eod.

Κραυγαστικῶς, Adv. cum clamore. A pr.

Κραυγὴ, ῆς, clamor, vociferatio. A κράζω, clamo.

Κραυγίας, ε, ὁ, ut κραυγίας ἵππος, equus, qui clamore & strepitu terretur. A pr.

Κραυρῶ, struma laborare. 2) de morbo apum eum vermes & araneas gignunt. Hes. A seq.

Κραῦρος, ρα, ρον, aridus, siccus, torridus, friabilis, rigidus. 2) ἡ κραύρα, Suid. struma. 3) morbus boum: hinc

Κραυρότης, ητος, ἡ, ariditas, siccitas, friabilitas.

Κρεάγρα, ας, ἡ, fuscina, harpago, instrumentum ad extrahendas carnes ex olla, vel aheno. E κρέας & ἄγρα, captura.

Κρεαγρευτέω, lacero carnem, asper sum. A seq.

Κρεάγρευτος, ε, carnem s. cutem lacerans, vulnetans, asper. E κρέας & ἀγρεύω.

Κρεαγρὶς, ίδος, ἡ, idem quod κρεάγρα.

Κρεάδιον, ε, τὸ, caruncula, carnis frustum. Dim. a κρέας.

Κρεανομέω, ῶ, f. ήσω, carnes distribuo. 2) aliorum carnes disseco, coquo ac voro. A κρεανόμος.

Κρεανομία, ας, ἡ, distributio carnium, visceratio. Ab seq.

Κρεανόμος, ε, ὁ, ἡ, carnes distribuens. E seq. & νέμω, distribuo.

Κρέας, ατος, τὸ, caro. 2) frustum carnis. 3) corpus.

Κρεγμὸς, ῦ, ὁ, pulsatio, sonitus. A κρέκω.

Κρεοδόχος, ε, ὁ, ἡ, ad recipiendas carnes factus. E κρέας & δέχομαι.

Κρεηφαγέω, Jon. pro κρεωφαγέω.

Κρεηφαγίη, ης, ἡ, pro κρεωφαγία, Jon.

Κρεοδόχος, v. κρεηδόχος.

Κρεῖον, ε, τὸ, vas carnarium, carnium receptaculum, olla. A κρέας.

Κρεισσόνως & κρειττόνως, melius, Adv. A seq.

Κρείσσων, vel κρείττων, ονος, ὁ, ἡ, melior, præstantior, ut viribus, potentia, aliave re. Unde 2) κρείττονες, dii, cœlites. 3) invictus ab aliqua re, ut voluptate, hoste &c. κρείττων θανάτε, immortalis. A κράτος.

Κρείων, οντος, rex, regnator. κρείεσα, regina, præstantissima. A κρέω, regno.

Κρέκη, sonum odiosum Galenus ait significare apud Hippocr. A κρέκω.

Κρέκελος, fletus, ploratus. Hesych. Ab eod.

Κρέκω, pectine seu radio pulso. 2) pulso. 3) sonum molestum & odiosum edo.

Κρεμάθρα, ας, ἡ, vas pensile, aut storea pensilis, in qua reponuntur casei, aut opsoniorum reliquiæ. A seq.

Κρέμαμαι, pendeo. κρεμάμενος, suspensus.

Κρεμάννυμι, v. κρεμάω.

Κρεμασμὸς, ῦ, ὁ, suspensio. Ab eod.

Κρεμαστὴρ, ῆρος, ὁ, qui suspendit aut suspensum tenet. 2) κρεμαστῆρες, nervi testium. 3) crates viminea, in qua casei siccantur. 4) lorum s. habena pensilis, e qua aliquid dependet. A κρεμάω.

Κρεμαστήριος, α, ὁ, ἡ, pendulus, pensilis. A seq.

Κρεμαστὸς, ῦ, ὁ, idem quod κρεμάθρα. A κρεμάω.

Κρεμαστὸς, ή, ὸν, pendulus, pensilis. Ab eod.

Κρεμάστρα, ας, ἡ, id, unde aliquid pendet. 2) vas pensile, in quo panes, casei & similia reponuntur. 3) pediculus multifidus, e quo fructus appenduntur. A seq.

Κρεμάω, ῶ, f. κρεμάσω, f. κρεμάννυμι, f. κρέμαμαι, suspendo. 2) suspensum teneo; & 3) in Pass. suspendor. 4) pendeo.

Κρεμβαλιάζω, crembalum pulso. A κρέμβαλον.

Κρεμβαλιαστὸς, ῦ, ὁ, crembali peritus, qui crembalo sonare novit. A pr.

Κρεμβαλιαστὺς, ύος, ὁ, vel ἡ, strepitus s. sonitus, quem edit crembalum. Ab eod.

Κρεμβαλίζω, f. ίσω, crembalum pulso. A κρέμβαλον.

Κρέμβαλον, ε, τὸ, crembalum, crepitaculum, quod digitis agitatum strepitum edit.

Κρεμμύω, ῶ, idem quod κρεμάω, a quo factum.

Κρέμνημι, idem & ab eod.

Κρεμόω, idem quod κρεμάω.

ΚΡΕ'ΜΥΣ, υος, ἡ, piscis quidam.

Κρὲξ, κὸς, ἡ, avis pugnax, rostrum acutum & serratum habens nuptiisque inauspicata. A κρέκω.

Κρεοβόρος, ε, carnivorus. A κρέας & βιβρώσκω.

Κρεοκάκκαβος, ε, ὁ, edulium e carnibus minutim concisis, & cum sanguine, arvina, & dulci jure concinnatis. A κρέας & κακκάβη.

Κρεονομία, ας, ἡ, vid. κρεανομία.

Κρεοσήπομαι, carnium more putresco.

Κρεοσκευασία, ας, ἡ, ratio coquendarum & apparandarum carnium.

Κρεαργέω, ῶ, f. ήσω, excarnifico, dilanio, lanius, fum, carnes lanii more concido. A κρεαργος.

Κρεαργηδὸν, *Adv.* more eorum, quæ in parva frusta dissecta sunt, f. quæ a laniis conciduntur. Ab eod.

Κρεαργία, ας, ἡ, carnium dissectio f. concisio, lanietus, visceratio. Ab eod.

Κρεαργικὸς, ή, ὸν, lanionius. A seq.

Κρεαργὸς, ὁ, ὁ, ἡ, lanius, lanio. E κρέας & ἔργον.

Κρεοφαγία, ἡ, v. κρεω. A seq.

Κρεοφάγος, ὁ, ὁ, ἡ, v. κρεωφ.

Κρεάδιον, ου, τὸ, caruncula. Dim. a κρέας.

ΚΡΕ'Ω, vel κρέω, regno, impero.

Κρεωβορία, ἡ, carnium devoratio, usus copiosior. E κρέας & βορά.

Κρεωδαισία, ας, ἡ, carnium distributio, visceratio. Ex eod. & δαίω.

Κρεωδαίτης, ου, ὁ, carnium in frusta divisarum distributor. Ex iisd.

Κρεώδης, εος, ὁ, ἡ, carnosus. A κρέας.

Κρεωδοσία, ας, ἡ, carnium distributio, visceratio. Ex eod. & δίδωμι, unde δόσις, *datio*.

Κρεωδοτέω, ῶ, f. ήσω, carnes distribuo. A seq.

Κρεωδότης, ου, ὁ, carnium dator f. distributor. E κρέας & δ.

Κρεοδόχος, ου, ὁ, ἡ, ad recipiendas seu servandas carnes factus. Ex eod. & δέχομαι.

Κρεοθήκη, ης, ἡ, carnarium, Gl. V.

Κρεωκοπέω, ῶ, f. ήσω, carnes seco. A seq.

Κρεωκόπος, ὁ, ἡ, carnes secans. E κ. & κόπτω.

Κρεωλογέω, ῶ, f. ήσω, carnem colligo. Ex eod. & λέγω, *colligo*.

Κρεωνομέω, ῶ, f. ήσω, carnes distribuo. Ex eod. & νέμω, *distribuo*.

Κρεωνομία, ας, ἡ, carnium distributio. A pr.

Κρεωπωλεῖον, ου, τὸ, idem quod κρεωπώλιον.

Κρεωπώλης, ου, ὁ, carnium venditor, lanius.

Κρεωπώλιον, ου, τὸ, macellum. Ab eod.

Κρεωστάθμη, ης, ἡ, statera, in qua carnes appenduntur. Ex κρέας & σταθμη.

Κρεωφαγέω, ῶ, f. ήσω, carne vescor, f. victu carnium utor. Ex κρεωφάγος.

Κρεωφαγία, ἡ, victus e carnibus. A seq.

Κρεωφάγος, ου, ὁ, ἡ, carnes edens, qui carnibus vescitur.

ΚΡΗΓΥΟΣ, υον, gratus, jucundus, placitus. 2) bonus, utilis. 3) idoneus, aptus. 4) suavem vocem edens.

Κρήδεμνον, ου, τὸ, capitis ligamentum, vitta, velamentum capitis, quod ad humeros usque demittebatur. 2) operculum doliorum aut vasorum similium. 3) muri, quia cingunt urbem, & pinnæ murorum, quia in fastigio muri sunt. E κάρη, *caput*, & δέω, *vincio*, vel δέμω, *struo*.

Κρῆθεν, *Adv.* a capite. A κρὰς, *caput*.

ΚΡΗ'ΘΜΟΝ, ου, τὸ, herbæ genus salsæ & amaræ.

Κρήμαμαι, pendeo, suspensus sum. A κρημνός.

Κρημνάω, ῶ, vel κρίμνημι, fut. νήσω, præcipito. Ab eod.

Κρημνίω, idem & ab eodem.

Κρημνηγορέω, ῶ, verba ardua & grandia fundo. E κρημνὸς & ἀγορέω.

Κρημνίζω, f. ίσω, præcipito. A κρημνός.

Κρήμνισις, εως, ἡ, præcipitatio. A pr.

Κρημνοβατέω, ῶ, f. ήσω, per præcipitia incedo. A seq.

Κρημνοβάτης, ου, ὁ, per præcipitia ambulans, per loca prærupta incedens. 2) funambulus. A κρημνὸς & βαίνω, *incedo*.

Κρημνόθεν, *Adv.* e præcipitio. A κρημνός.

Κρημνοκομπέω, ῶ, verbis præruptis & arduis glorior, jacto, arroganter & superbe loquor.

Κρημνὸς, ὁ, ὁ, præceps rupes, præcipitium. 2) ripa alta. 3) labrum ulceris. 4) omne excelsum & prominens.

Κρημνώδης, εος, ὁ, ἡ, præruptus, præceps, arduus. A pr.

Κρημνώρεια, ας, ἡ, præcipitium montis. Ex eod. & ὄρος, *mons*.

Κρηναῖος, αία, αῖον, fontanus. 2) frigidus, ut aqua fontana. A seq.

Κρήνη, ης, ἡ, fons. 2) vas aquarium.

Κρηνιάδες, αἱ, Nymphæ fontanæ. A pr.

Κρηνὶς, ίδος, ἡ, fonticulus. Dim. a κρήνη.

Κρηνίτιδες, αἱ, Nymphæ fontanæ. A pr.

Κρηνοφυλάκιον, ου, τὸ, fontis custodia, munus custodiendi & curandi fontes. A seq.

Κρηνοφύλαξ, ακος, ὁ, ἡ, fontis custos.

Κρηπιδοποιὸς, ὁ, ὁ, ἡ, qui crepidas conficit, sutor crepidarius. E κρηπὶς & ποιέω, *facio*.

Κρηπιδοπώλης, ου, ὁ, crepidarum venditor.

Κρηπιδόω, ῶ, f. ώσω, fundo, fundamentum pono. κρηπιδωμένος, præs. part. pass. crepidatus, vel crepidine munitus. A κρηπίς.

Κρηπίδωμα, τὸ, fundamentum. 2) crepido. A pr.

Κρηπὶς, ίδος, ἡ, crepida, soccus, 2) basis, fundamentum. 3) crepido, margo. 4) placentæ genus.

Κρὴς, Κρητὸς, ὁ, Cres, Cretensis. fem. κρῆσσα.

Κρὴς pro κρέας, caro.

ΚΡΗΣΕ'ΡΑ, ας, ἡ, cribrum pollinarium e filo laneo. 2) pannus rarus, per quem aliquid colatur. 3) operculum calathi.

Κρησφύγετον, ου, τὸ, perfugium eorum, qui Minoem Cretensem, severum vindicem scelerum, fugiebant. 2) perfugium quodvis. 3) munitio subsidiaria. 4) asylum. 5) latebra, inventum ad effugiendum. E Κρὴς & φύγω.

Κρηταγενὴς, ὁ, ἡ, Cretensis. E seq. & γίνομαι.

Κρήτη, ης, ἡ, Creta, insula. κρήτηθεν, *Adv.* e Creta.

Κρητήριον, ου, τὸ, parvus crater. Dim. a κρατὴρ pro κρητήρ.

Κρητίζω, Cretenses imitor. A Κρής.

Κρητικὸς, ἡ, ὸν, Creticus. Ab eod.

Κρητικῶς, *Adv.* more Cretensi. A pr.

Κρητισμὸς, ῦ, ὁ, mos Creticus. 2) Cretica fallacia. A κρητίζω.

Κρηοφαγεῖν pro κρεωφαγεῖν, carnem comedere.

Κρῖ, τὸ, hordeum.

Κριαῖος, ἡ, ὸν, in ariete sidere natus. A κριός.

Κριβανίτης, ου, ὁ, testaceus, in testa coctus, ut κριβανίτης ἄρτος. A seq.

Κρίβανος, ου, ὁ, fornax, idemque quod κλίβανος, quod supra videndum.

Κριβανωτὸς, ὁ, idem quod κριβανίτης.

Κριγὴ, ῆς, ἡ, stridor, Suid. Etym. M. A κρίζω.

Κριγμὸς, ῦ, ὁ, idem & ab eod.

Κριδὸν, *Adv.* deligendo, cum delectu. A κρίνω.

ΚΡΙ'ΖΩ, f. ξω, strido, stridorem edo.

Κρηδὸν, *Adv.* arietis more, valide. A κριός.

Κριθαῖος, ου, ὁ, genus tritici, ut κριθαίας πυρὸς, triticum hordeacei generis. A κριθή.

Κριθάριον, ου, τὸ, hordeum, hordeolum, Gl. V.

Κριθὴ, ῆς, ἡ, hordeum, planta granumve. 2) tuberculum parum oblongum, palpebræ adnasci solitum. 3) virilia, ap. Comic.

Κριθίασις, εως, ἡ, morbus equorum. A sq. n. 3.

Κριθιάω, ῶ, f. άσω, hordeo vescor. 2) e nimio hordei pastu lascivio. 3) de equo dicitur, quum ex itinere vel cursu anhelabundus hordeum devoravit, & cruditate vexatur. Ab eod.

Κριθίδιον, ου, τὸ, Dim. a κριθή.

Κρίθινος, ίνη, ινον, hordeaceus, ex hordeo factus, ut οἶνος κρίθινος. Ab eod.

Κριθολόγος, ου, ὁ, ἡ, qui hordeum colligit. Ex eod. & λέγω, *colligo*.

Κριθόμαντις, εως, ὁ, qui ex hordeo vaticinatur.

Κριθοφαγία, ας, ἡ, victus ex hordeo. 2) pœna quædam militaris, cum hordeo pascuntur pro tritico. A sq.

Κριθοφάγος, ου, ὁ, ἡ, hordeo vescens.

Κριθοφόρος, ου, ὁ, ἡ, hordeum ferens, hordei ferax. E κ. & φέρω.

Κριθώδης, εος, ὁ, ἡ, hordeaceus. A κριθή.

Κρικίον, ου, τὸ, annellus, circellus, Gl. Vet. Dim. seq.

Κρίκος, ου, ὁ, annulus. 2) circulus. A κίρκος.

Κρικόω, ῶ, f. ώσω, annulo trajicio & infibulo. A pr.

Κρικωτὸς, ῆ, ὸν, annulis confertus. A pr.

Κρίμα, ατος, τὸ, judicium. 2) damnatio, pœna. 3) decretum. 4) præceptum, mandatum. A κρίνω.

Κριμνίτης, ου, ὁ, ut κριμνίτης πλακοῦς, placenta e farina crassiore. A seq.

Κρίμνον, ου, τὸ, farina crassior. 2) hordeum, unde & de virilibus dicitur, sicut κριθή. 3) panis e crassiore hordei farina Schol. Aristoph. habet etiam κρῖμνα.

Κριμνώδης, εος, ὁ, ἡ, de urina cui insunt, vel innatant frustula, velut crassioris farinæ. A pr.

Κρίνον, ου, τὸ, lilium. 2) cucurbita. 3) cucurbitæ flos. 4) de paupere, per prov. 5) species saltationis. 6) Aristoph. habet & κρίνεα, quasi a τὸ κρίνος.

Κρινόχροος, ου, candidam cutem habens. E pr. & χρώς.

Κρίνω, fut. κρινῶ, secerno, discerno. 2) excerno. 3) seligo, deligo. 4) discepto, judico. 5) censeo, æstimo. 6) adjudico. 7) statuo, constituo. 8) accuso, diem dico, reum ago, defero. 9) damno. 10) exploro. 11) probo, laudo. 12) *In med* dicitur etiam pro decerno acie, prœlior. Reperitur tamen & *in pass.* 13) τὸ κρινόμενον est res, de qua disceptatur. τὸ κεκριμένον, exactum, germanum: it. probatum: item, perspicuum, de quo nemo dubitare potest.

Κρινὼν, ῶνος, ὁ, it. κρινωνιὰ, ᾶς, ἡ, lilietum, locus consitus liliis. A κρίνον.

Κριοδόχη, s. κριοδόκη, ης, ἡ, machina arietaria, arietem sustinens. E κριός & δέχομαι.

Κριοειδὴς, έος, ὁ, ἡ, arietis formam habens. Ex eod. & εἶδος, *species*.

Κριοκοπέω, ῶ, f. ήσω, arieto, ariete quatio. Ex eod. & κόπτω, *percutio*, *ferio*.

Κριοκρατέω, idem.

Κριομαχία, ας, ἡ, arietum pugna. Ex eod. & μάχη.

Κριομαχέω, arieto, Gl. Vet.

Κριοπρόσωπος, ου, ὁ, ἡ, qui arietina facie est, arietem facie referens. E sq. & πρόσωπον.

Κριὸς, ῦ, ὁ, aries, ovium dux. 2) signum cœleste 3) navis genus. 4) machina bellica. 5) volutæ in capitulis columnarum ordinis Jonici atque Corinthiaci.

Κριοφάγος, ου, ὁ, ἡ, arietum vorator.

Κριοφόρος, ου, ὁ, ἡ, arietem gestans. E κρ. & φέρω.


Μέτρον, ου, τὸ, mensura, temperamentum, modus. 2) vas, quo aliquid metimur. 3) mensura in carmine. 4) servit periphrasi, ut μέτρον θαλάσσης, pro mari.

Μετρονόμοι, ων, οἱ, mensuris præfecti, magistratus Athenis, qui mensurarum ac ponderum curabat æquitatem. Ex μέτρον & νέμω.

Μετροποιΐα, ἡ, numeri versuum, metrica ratio, lex metrica. E μ. & ποιέω.

Μετωνυμία, ας, ἡ, nominis permutatio, nominis pro nomine positio. Metonymia, tropus rhetorices. E μετὰ & ὄνομα.

Μετωνυμικὸς, ή, όν, ad metonymiam pertinens, metonymiam habens. A pr.

Μετωνυμικῶς, *Adv.* metonymice, per metonymiam. A pr.

Μετωπηδὸν, *Adv.* q. d. frontatim, adversa fronte, in frontem, æquatis frontibus, frontibus alio conversis. A μέτωπον.

Μετωπίας, ου, ὁ, frontem magnam ac latam habens, fronto, Gl. V. Ab eod.

Μετωπίδιος, ου, ος, qui est in fronte. Ab eod.

Μετωπίδιον, ου, τὸ, quod est in fronte. 2) frontale. Ab eod.

Μετώπιον, ου, τὸ, spatium inter supercilia, frons. 2) nomen unguenti Ægyptiaci, quod ap. Hipp. μέτωπον. Ab eod.

Μετωπὶς, ίδος, ἡ, fascia, qua frons revincitur. Ab eod.

Μέτωπον, ου, τὸ, frons, pars faciei, quæ post, seu supra oculos est (μεταξὺ vel ἐν τῷ μέσῳ τῶν ὠπῶν, in medio vultu, inter oculos medium.) 2) prora navis. 3) prima acies militaris. E μετὰ & ὤψ.

Μετωποσκόπος, ου, ὁ, ἡ, frontis hominum inspector, atque ex eo ingenium dijudicans futuraque augurans. E pr. & σκοπέω.

Μέχρι, vel seq. Vocali, μέχρις, *Adv.* dicitur dupliciter 1) *de termino ad quem*, usque ad. 2) *de tempore per quod*, quoad, per. Unde intelligentur facile formulæ ex hac particula variæ. μέχρι πότε, quousque. μέχρις ἂν, quamdiu. μέχρις οὗ, quoadusque, quatenus, quantisper. μέχρις ὅ τι, quoad. μέχρι τίνος; quousque? μέχρι τινὸς, aliquatenus, quadantenus. μέχρι τοῦδε, hactenus. μέχρι πολλοῦ, diu. μέχρι ζῶ, quoad vivam. μέχρι παντὸς, in perpetuum.

Μὴ, *Adv.* ne, non. 2) numquid? an? μή ποτε, μή που, μή τοι, ne, non, quo minus. μὴ γάρ γε, μὴ γὰρ δὴ, μὴ δῆτα, absit enim. εἰ μὴ, nisi. εἰ δὲ μήγε, ceteroquin, sin minus. μὴ ἄρα, ne forte.

Μηδαμῇ, & μηδαμῆ, *Adv.* nusquam, nulla in parte, nequaquam. A μηδαμός.

Μηδαμινὸς, ὴ, όν, qui nullius pretii est, inhonoratus. Ab eod.

Μηδαμόθεν, *Adv.* nulla ex parte. A μηδαμός.

Μηδαμόθι, *Adv.* nunquam, nusquam &c. Ab eod.

Μηδαμὸς, ῆ, ὸν, ne unus quidem, nullus. μηδὲ & ἀμὸς, *aliquis*. (Sed hæc est mera terminatio.)

Μηδαμόσε, *Adv.* nullum in locum. A pr.

Μηδαμοῦ, *Adv.* nusquam. Ab eod.

Μηδαμῶς, *Adv.* nullo modo, neutiquam. Ab eod.

Μηδὲ, *Conj.* neque, nec. 2) ne quidem. μηδ' ἂν εἷς, ne unus quidem, nullus.

Μηδεὶς, μηδεμία, μηδὲν, *Gen.* μηδενὸς, μηδεμιᾶς, μηδενὸς, nemo, nullus. E μηδὲ, & εἷς.

Μηδέποτε, *Adv.* haud unquam, nunquam.

Μηδέπω, *Adv.* nondum, necdum.

Μηδεπώποτε, *Adv.* nunquam, nullo tempore.

Μηδέτερος, έρα, ερον, neuter. E μηδὲ & ἕτερος.

Μηδετέρως, *Adv.* neutro modo. A pr.

Μηδετέρωσε, *Adv.* neutram in partem. Ab eod.

Μήδευμα, τὸ, consilium, astus. A μῆδος.

Μηδίζω, f. ίσω, Medos imitor, s. sequor, lingua Medorum loquor, cum Medis facio, Medis faveo. A Μῆδος.

Μηδία, ας, ἡ, Media. Ab eod.

Μηδικὸς, ή, όν, Medicus. Μηδικὸς ὀπὸς, succus Medicus. Μηδικὴ πόα, Medica herba. Μηδικὴ sc. χώρα, Media. Μηδικὸν μῆλον, Medicum malum, pomum. Gl. Vet. Μηδικὸν, citreum. τὰ Μηδικὰ, res contra Medos gestæ, tempora & bella Persica. Ab eod.

Μήδιος, ου, ὁ, Medius, Medus. Ab eod.

Μηδὶς, ίδος, ἡ, Media, regio Asiæ. Ab eod.

Μηδισμὸς, οῦ, ὁ, Medismus, cum quis cum Medis facit. A μηδίζω.

Μηδιστὶ, *Adv.* Medorum more. Ab eod.

Μηδοκτόνος, ου, ὁ, ἡ, qui Medos vicit, Medorum occisor. E Μῆδος & κτείνω, *occido*.

Μήδομαι, f. μήσομαι, curam gero, delibero. 2) cogito, meditor, molior, struo. A τὸ μῆδος.

ΜΗΔΟΣ, ου, ὁ, Medus, filius Medeæ. 2) Medus, i. e. e Media oriundus. Μῆδοι, etiam Persæ non raro apud Vet.

Μῆδος, εος, τὸ, cura, consilium, usitatum in plur. τὰ μήδεα, consilia. 2) pudenda.

Μηδοσύνη, consilium, Suid. A pr.

Μηδοτιοῦν, *Adv.* nihil quidquam. Ex μηδὲ, ὅτι, & οὖν, pro μηδ' ὅ, τι οὖν.

Μηδοφόνος, ου, ὁ, ἡ, idem quod μηδοκτόνος.

Μηθεὶς, ενὸς, ὁ, ne unus quidem, nullus, nemo, & μηθὲν, ενὸς, nihil, nihil quidquam. Ex μήτε & εἷς.

Μηκάζω, fut. άσω. μηκάζειν, balare, de capris. A seq.

Μηκάομαι, ῶμαι. μηκᾶσθαι, balare, caprissare, perf. part. med. μεμηκώς, μεμηκυῖα.

Μηκὰς, άδος, ἡ, quæ balat. μηκάδες, balantes, oves vel capræ. A pr.

Μηκασμὸς, οῦ, ὁ, balatus. A μηκάζω.

Μηκεδανὸς, ή, όν, longus. A μῆκος, *longitudo*.

Μηκέτι, *Adv.* non amplius, ne posthac, non jam. 2) non *perpetuo* (*perpetuiter*). E μὴ & ἔτι, *adhuc*.

Μηκὴ, ῆς, ἡ, balatus, vox caprarum. A μηκάομαι.

Μηκητικὸς, ή, όν, qui balare potest. Ab eod.

Μήκιστα, *Adv.* longissime. 2) tandem. A sq.

Μήκιστος, ίστη, ιστον, longissimus. 2) procerissimus. ἐπὶ μήκιστον, diutissime. *Superl.* a μῆκος.

Μηκοποιέω, ῶ, longitudinem addo. Vulg. in longum produco, μηκοποιηκότες, qui produxit. Ex sq. & ποιέω.

Μῆκος, εος, τὸ, longitudo, proceritas, statura, spatium.

Μηκύνω, f. υνῶ, longum facio, protelo, produco. μηκυνομένη συλλαβὴ, ſyllaba, quæ producitur. aor. 1. *Act.* ἐμήκυνα. A pr.

Μηκυσμὸς, ὁ, productio, dilatatio. A pr.

Μήκων, ωνος, ἡ, papaver. 2) capillitium ſ. excrementum pinnatium ſepiarum, & muricum. 3) pars media in conchis. 4) arenæ quædam ſpecies in metallicis, Poll. Μήκωνες, αἱ, piſces quidam gregales, Ariſtot. 5) pars inteſtinorum polypodis, inſtar veſicæ, atramentum continens. Μήκωνος ὀπὸς, opium, Gl. Vet.

Μηκωνικὸς, ἡ, ὸν, papavereus. A præc.

Μηκώνιον, ου, τὸ, ſuccus papaveris. 2) primum excrementum infantum recens natorum. Ab eod.

Μηκωνὶς, ίδος, ἡ, papaver, Gloſſ. Vet. μηκωνὶς θρίδαξ, ſpecies lactucæ atræ, ſic vocata a copia lactis ſoporiferi.

Μηκωνίτης, ου, ὁ, ſc. λίθος, gemma papavera exprimens. Ab eod.

Μηκωνῖτις, ιδος, ἡ, ſpecies lactucæ lacte ſoporifero abundans. Ab eod.

Μηκωνοειδὴς, έος, ὁ & ἡ, papaveris ſpeciem habens. Ex μήκων & εἶδος.

Μηλάνθη, ης, ἡ, ſcarabæorum genus e floribus mali arboris naſci ſolitum. E μηλέα & ἄνθος.

Μήλατα, Gen. μηλάτων, oves, Euſt. A μῆλον.

Μηλατὴς, ᾶ, ὁ, opilio. *Dor.* pro μηλατής. Ab eod.

Μηλάω, ῶ, ſubjecto velut vecte quodam, aut ſpecillo, aliquid emoliri, evellere. Apud Homerum Iliad. ι. 538. aper Calydonius dicitur humo ſtraviſſe δένδρεα μακρὰ, αὐτῇσι ῥίζῃσι & αὐτοῖς ἄνθεσι μηλῶν. ubi vulgaris ſcriptio μήλων abſurdas peperit interpretationes. Comparatur ibi dens apri arbores cum ipſis radicibus humo emoliens cum ſpecillo quodam chirurgico, aut volſella, qua chirurgi dentes, aut fragmina oſſium e vulneribus evellunt. (μηλῶν ibi eſt particip. præſ. activ. a μηλάω, vel μηλόω, quod infra v.)

Μηλέα, ας, ἡ, malus, arbor.

Μήλειος, α, ὁ, ἡ, ovinus, ovillus, ut μήλεια κρέας, caro ovilla. A μῆλον.

Μήλη, ης, ἡ, ſpecillum, inſtrumentum chirurgicum, quo aliquid illinitur, vel finditur, vel extrahitur, vel infunditur, item quo immiſſo in vulnus &c. tentant chirurgi latentia.

Μηλία γῆ, terra Melia, coloris cinericii. A Μῆλος, *Melus*.

Μηλιάδες, αἱ, Meliades Nymphæ, quæ & Μηλιάδες, a μῆλον, pomum.

Μηλινθμὸς, ὁ, idem quod ſeq. ſed hæc ſcriptura eſt melior. ap. Licophr. Etym. M.

Μηλιαυθμὸς, ō, ὁ, ovile, ovium ſtabulum. E μῆλον & ἰαυθμός, *deverſorium*.

Μηλίζω, ad colorem mali vergo, colore malum refero. 2) ſum colore luteo. Ab eod.

Μηλινοειδὴς, έος, ὁ, ἡ, melinum ſeu luteum colorem referens. E μήλινος & εἶδος.

Μηλινοεις, εσσα, εν, colorem mali cotonei referens. Nicand μηλινόεντα, quamvis ibi μηλινόεσσα, legitur. A μῆλος.

Μήλινος, ο, ὁ, ἡ, colorem mali habens, luteus, flavus, gilvus. μήλινον ἔλαιον, melinum oleum, e malis cotoneis. Ab eod.

Μήλιος, ου, ὁ, e Melo inſula oriundus. Μήλιος λιμὸς, Melia fames, Prov. i. e. maxima.

Μηλὶς, ίδος, ἡ, malus, arbor. 2) morbus quidam aſinorum. A μῆλον.

Μηλίτης, ου, ὁ, ſc. οἶνος, vinum e malis cotoneis. Ab eod.

Μηλοβατέω, ῶ, f. ήσω, oves ſcando, oves ineo. Ex eod. & βαίνω.

Μηλοβολέω, ῶ, f. ήσω, malo ſeu malis peto. 2) ad rem Veneream aliqua illecebra incito. Ex eod. & βάλλω.

Μηλοβοτέω, ῶ, f. ήσω, oves paſco. A μηλοβότης.

Μηλοβοτὴρ, ῆρος, ὁ, ovium paſtor, opilio. Ab eod.

Μηλοβότης, ου, ὁ, idem. E μῆλον & βόσκω, *paſco*.

Μηλόβοτος, ου, ὁ, ἡ, ab ovibus depaſtus. 2) incultus, ab hoſtibuſque vaſtatus & pecoribus paſcendis relictus. Ex iiſd.

Μηλοδόκος, ου, Epith. templi, ob ſacrificia ex ovibus, ap. Pind. E μ. & δέχομαι.

Μηλοειδὴς, έος, ὁ, ἡ, mali ſpeciem habens, ſive colore, ſive re alia. E μ. & εἶδος.

Μηλοθύτης, ου, ὁ, mactator ovium, pecorum. Epith. aræ. E μ. & θύω.

Μηλολόνθη, al. μηλολάνθη, ης, ἡ, melolonthe, animalculum aurei coloris, genus canthari, quo pueri ad ludum utuntur, filo alligantes pedem, & ſic evolare ſinentes & dein retrahentes. Quidam & ſcripſere μηλόανθη. 2) luſus ille puerilis. 3) floris genus. E μῆλον & ἄνθος.

Μηλομαχία, ας, ἡ, pugna pomis ſeu malis commiſſa. Ex eod. & μάχη.

Μηλόμελι, ιτος, τὸ, potus e melle & malis cotoneis.

Μῆλον, Dor. μᾶλον, ου, τὸ, malum, pomum. 2) μῆλα, genæ, etiam de mammis puellarum, Philox.

Μῆλον, ου, τὸ, ovis, pecus, pl. μῆλα, pecudes.

Μηλονόμας, Dor. pro μηλονόμης, paſtor ovium. E pr. & νέμω.

Μηλονομεὺς, έως, ὁ, idem. Heſ. ubi pl. μηλονομεῖς, ποιμένες. Ex iiſd.

Μηλονόμος, ου, ὁ, idem, Suid. Ex iiſd.

Μηλοπάρειος, & μηλοπάρειος, pro μηλοπάρειος, ου, ὁ, genas habens malis ſimiles, cujus genæ mali colorem vel rotunditatem referunt. E μῆλον & παρειά.

Μηλοπέπονες, melopepones, genus cucumerum. E μῆλον & πέπων.

Μηλοπλακούντιον, ίου, τὸ, compoſitio pharmacopœorum e malis cotoneis vino coctis, adjecto poſtea melle, pipere, aniſo, aliiſque. A ſq.

Μηλοπλακοῦς, οῦντος, ὁ, placenta e malis cotoneis.

Μηλοσκοπος, ου, ὁ, ἡ, unde oves, ſeu pecora quævis conſpici poſſunt. Ex μ. & σκοπός.

Μηλόσπορος, ου, ὁ, ἡ, malis ſeu pomis conſitus. E μ. & σπόρος.

Μηλοσσόος, ου, ovium ſervator.

Μηλοσφαγέω, ῶ, f. ήσω, oves jugulo, oves macto, pecora ſeu oves immolo. E μ. & σφάττω, *macto*.

Μηλοσφαγία, ας, ἡ, ovium jugulatio. 2) ovium immolatio, Heſ. Ex iiſd.

Μηλοτρόφος, ου, oves alens. E μῆλον & τρέφω.

Μηλοφάγος, ου, ὁ, ἡ, oves comedens, ovilla carne veſcens.

Μηλοφόνος, ου, ὁ, ἡ, oves occidens.

Μηλοφορέω, ῶ, f. ήσω, mala ſeu poma fero.

Μηλοφορία, ἡ, ubertas pomorum. A ſq.

Μηλοφόρος, ου, ὁ, ἡ, pomifer, mala ſeu poma ferens. μηλοφόροι, regis Perſarum ſatellites, aurea mala geſtantes in haſtis. E μ. & φέρω.

Μηλοφύλαξ, ακος, ὁ, ἡ, ovium cuſtos.

Μηλόω, ῶ, f. ώσω, ſpecillum immitto, ſpecillo tento, exploro. 2) demergo, inſero, vel tentandi vel tingendi cauſa. A μήλη. v. μηλάω.

Μήλωθρον, ου, τὸ, coloramentum, cui quid immergitur, ſ. res ipſa, ut lana, quæ immergitur, colorandi

randi causa, unde μήλυθος, lanæ coloratæ. Hes. Suid. 2) vitis alba, Diosc. Ab eod.

Μήλων, ωνος, ὁ, Epith. Herculis, cui inter alia mala fiebat; Pollux. A μῆλον.

Μήλωσις, εως, ἡ, specilli demissio, exploratio, quæ fit immisso specillo. A μηλόω.

Μηλωτή, ῆς, ἡ, sc. δορά, pellis ovina. 2) pellis quævis. Gl. V. pellis lanata. A μῆλον.

Μηλωτής, ῦ, ὁ, ovium pastor. Ab eod.

Μηλωτίς, ίδος, ἡ, specillum, quo ad repurgandas aures utimur. Gl. Vet. specillum. A μήλη.

Μηλωτρίς, ίδος, ἡ, idem. Gl. V. auriscalpium. Ab eod.

Μήλωψ, οπος, ὁ, ἡ, colore malum referens, mali faciem habens. E μῆλον & ὤψ.

Μὴν, *Conj.* autem, vero, pro δέ. 2) tamen. 3) profecto, sane. 4) porro. ἀλλὰ μὴν, atqui, enimvero. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ, neque vero, sed neque. οὐ μὴν γε, enimvero non. ἦ μὴν, certe, formula jurandi. καὶ μὴν, quin etiam. καὶ μὴν δὴ, immo, enim vero. οὐ μὴν γε, at saltem, at vero. καὶ μὴν καὶ, quin etiam. οὐ μὴν, non tamen, nec vero.

Μὴν, μηνὸς, ὁ, mensis. οἱ μῆνες, menstrua.

Μηναγυρτέω, ῶ, fut. ήσω, stipem colligo Matri Deum. A sq.

Μηναγύρτης, ου, ὁ, qui singulis mensibus Matri Deum stipem colligit; quod officium Rheæ sacerdorum erat: unde & μητραγύρτης. E μὴν & ἀγύρτης.

Μηνὰς, άδος, ἡ, luna. A sq.

Μήνη, ης, ἡ, luna. 2) umbella lunata.

Μηνιαῖος, αία, αῖον, menstruus, qui est unius mensis. A pr.

Μήνιμα, ατος, τὸ, ira perseverans, simultas, odium. A sq.

Μηνιάω, ῶ, fut. άσω, iram, simultates, odium, exerceo, irascor. A μῆνις.

Μηνίγγιον, ου, τὸ, membranula. Dimin. A μῆνιγξ.

Μηνιγγοφύλαξ, ακος, ὁ, custos membranæ cerebri. 2) instrumentum chirurgicum.

Μῆνιγξ, γγος, ἡ, membrana cerebrum foris tegens. 2) membrana quævis. 3) sedimentum vini in dolio, priusquam effloreścat & ebulliat, Hes.

Μηνιθμὸς, ῦ, ὁ, ira, iracundia: ira divina. A μηνίω.

Μήνιμα, ατος, τὸ, idem. 2) furor, insania. Ab eod.

Μῆνις, ιος, vel ιδος, ἡ, ira permanens, diuturna, odium, inimicitia, sive a μένεσθαι, sive a μένειν.

Μηνίσκος, ου, ὁ, lunula. 2) species aciei. 3) μηνίσκοι, umbellæ lunatæ in statuarum capitibus, quæ lunæ crescentis cornua referunt. 4) æramenta gubernaculi. 5) membranæ tenues, bracteæ. 6) ornamenta collaria, torques, monilia. Dim. a μήνη.

Μηνίω, f. ίσω, succenseo, iram, odium vel simultatem exerceo, irascor. A μῆνις.

Μηνοειδὴς, έος, ὁ, ἡ, lunæ formam habens, lunæ similis, corniculatus, lunatus. E μήνη & εἶδος, *species*.

Μηνοειδῶς, *Adv.* in modum lunæ curvatæ seu falcatæ. A pr.

Μήνυμα, ατος, τὸ, signum, indicium, indicatio, significatio. Philox. indago. A μηνύω.

Μήνυσις, εως, ἡ, indicatio, indicium. Ab eod.

Μηνυτὴρ, ῆρος, ὁ, idem quod sq.

Μηνυτὴς, ῦ, ὁ, index, nunciator, delator. 2) dicitur & de historico, ap. Lucian. Ab eod.

Μηνυτικὸς, ὴ, ὸν, significandi seu indicandi vim habens, significativus. Gl. Vet. indicativus. A pr.

Μήνυτρον, ου, τὸ, indicii præmium. A μηνύω.

Μηνύτωρ, ορος, ὁ, index, nunciator. Ab eod.

Μηνύω, f. ύσω, indico, significo, nuncio, certiorem facio, declaro, defero. μεμηνυκέναι, perf. inf. indicasse. aor. 1. pass. μηνυθείς.

ΜΗΟΝ, ου, τὸ, meum, herba, athamanticum.

Μήποτε, nunquam. 2) ne quando. 3) ne. 4) num. μήποτε ἂν, numquid ergo. 5) forte.

Μήποθεν, necunde, Gl. Vet.

Μήπου, necubi, ne forte.

Μήπω, nondum, nec dum. μήπωγε, *Adv.* idem.

Μήπως, ne, ne quo modo, ne quo pacto, ne qua, ne forte, ne fortassis. 2) an forte.

Μηραῖος, αία, αῖον, femoralis. A μηρός.

Μήρινθος, ου, ὁ, funiculus, filum.

Μηρίον, ου, τὸ, femur. A μηρός.

Μηρορραφὴς, έος, ὁ, ἡ, femori insutus. Epith. Bacchi. E sq. & ῥάπτω, *suo*.

Μηρὸς, ῦ, ὁ, femur, femen. pl. μηρὰ ap. Hom. per metaplasmum pro μηροί.

Μηροτομέω, ῶ, f. ήσω, femur incido, femur abscindo. E pr. & τέμνω.

Μηροτραφὴς, έος, ὁ, Epith. Bacchi, quia in Mero monte educatus est. Strabo. E μ. & τρέφω.

Μηροτυπὴς, έος, ὁ, ἡ, femora feriens seu percutiens. E μ. & τύπτω.

Μήρυμα, ατος, τὸ, apud Nicandrum, de tractu & glomeratione serpentis. A μηρύω.

Μηρυκάζω, f. άσω, cibum remando, rumino.

Μηρυκάομαι, ῶμαι, idem.

Μηρυκίζω, f. ίσω, idem.

Μηρυκισμὸς, ῦ, ὁ, ruminatio. A pr.

Μηρύκω, & μηρύκομαι, revolvo, rumino.

Μήρυμα, ατος, τὸ, glomeramen. A μηρύω.

Μήρυξ, υκος, ὁ, piscis quidam ruminans. Gl. V. rumen. Ab eod.

Μηρύω, f. ύσω, revolvo, glomero, agglomero, & filum deduco. 2) texo, intexo.

Μήστωρ, ωρος, ὁ, consiliarius, consultor. 2) peritus. A μήδομαι, vel μέδομαι.

Μήτε, *Conj.* neque, nec.

Μητέριος, ου, τὸ, maternus. Epigr. A seq.

Μήτηρ, μητέρος, *per Syncop.* μητρὸς, ἡ, mater, genitrix. 2) matrix, uterus. Apud Scriptores Eccl. baptisterium.

Μήτι, ne quid, numquid. pro μή τι.

Μητιάω, ῶ, consilia agito, consulto, delibero, molior, rem quampiam machinor. μητιόωσι, 3. pl. ind. pro μητιῶσι, μητιάουσι. μητιόωσα, part. præs. fœm. pro μητιῶσα, μητιάουσα. Dicitur & μητιάασθαι, significatione act. A μῆτις.

Μητιέτης, ου, ὁ, consilio pollens, prudens, consiliarius, consultor. μητιέτα pro μητιέτης, ap. Hom. Ab eod.

Μητίζομαι, vel potius μητίομαι, consilia agito, consulto. 2) molior, efficio, struo, machinor. F. μητίσομαι, versus caussa μητίσσομαι. Ab eod.

Μῆτιμα, τος, τὸ, consilium. A pr.

Μητιόεις, έσσα, εν, consilio abundans, cui multum est consilii. A seq.

Μῆτις, ιος, ἡ, consilium, intelligentia, prudentia, sapientia, vafrum consilium. A μέδομαι.

Μήτοι, *Adv.* ne forte. μήτοιγε, *Adv.* id. nequaquam.

Μῆτος, εος, τὸ, idem quod μῆτις.

Μήτρα, ας, ἡ, matrix, uterus, vulva. 2) secundæ. 3) arboris medulla. 4) vesparum genus. A μήτηρ.

Μητραγυρτέω, ῶ, f. ήσω, Matri Deum stipem colligo. A seq.

Μητραγύρτης, ου, ὁ, qui Matri Deum ſtipem colligit. E μήτηρ & ἀγύρτης.

Μητράδελφος, ου, ὁ, matris frater, avunculus, ſed ἡ μητράδελφος, ου, matris ſoror, matertera. Gl. Vet. μητραδέλφη, matertera.

Μητράζειν, matreſcere, Gl. Vet. A μήτηρ.

Μητραλοίας, & μητραλώας, & -ης, ου, ὁ, matris percuſſor, matricida. E μήτηρ & ἀλοιάω.

Μητράριον, ου, τὸ, matercula, Gl. V. A μήτηρ.

Μητρεγχύτης, ου, ὁ, inſtrumentum, quo medicamentum in uterum infunditur. E μήτρα & ἐγχέω.

Μήτρη. *Jon.* pro μήτρα.

Μητριάζειν, idem quod μητραγυρτεῖν, Pollux.

Μητρίδιος, α, ον, Epith. urticæ: matrix, ſemen in ſe habens. ap. Ariſtoph. A μήτρα.

Μητρικὸς, ή, όν, maternus. A μήτηρ.

Μητρικῶς, *Adv.* matris more. A pr.

Μήτριος, τὰ μήτρια, materna, Gl. V. Ab eod.

Μητρὶς, ίδος, ἡ, ut πόλις, χώρα, vel γῆ, civitas, regio, vel terra materna, unde mater alicujus oriunda eſt. A μήτηρ.

Μητρογαμέω, ῶ, f. ήσω, matrem uxorem duco.

Μητροδίδακτος, ου, ὁ, ἡ, a matre edoctus.

Μητροδόκος, ου, ὁ, ἡ, a matre receptus. E μήτηρ & δέχομαι.

Μητρόθεν, *Adv.* a matre, a parte matris.

Μητρόθεος, ου, ἡ, Dei mater, ſeu parens. Epith. B. Virginis.

Μητροκασιγνήτη, ης, ἡ, matris germana, matertera.

Μητροκασίγνητος, ου, ὁ, matris frater, avunculus.

Μητροκτονέω, ῶ, f. ήσω, matrem occido. A μητροκτόνος.

Μητροκτονία, ας, ἡ, matricidium. Ab eod.

Μητροκτόνος, ου, ὁ, ἡ, matricida, qui vel quæ matrem occidit. E μήτηρ & κτείνω.

Μητροκωμία, ας, ἡ, vicus aliorum vicorum mater: ſeu e quo coloniæ deducuntur. Ex eod. & κώμη.

Μητρομήτωρ, ορος, ἡ, matris mater, avia materna. A μήτηρ geminato.

Μητρόξενος, ου, ὁ, ἡ, ſpurius.

Μητροπάρθενος, ου, ἡ, mater & virgo. Epith. B. Mariæ.

Μητροπάτωρ, ορος, ὁ, avus maternus. Hom.

Μητρόπολις, εως, ἡ, metropolis, urbium aliquarum mater, ſive quæ colonias emiſit. item urbs prima provinciæ.

Μητροπολίτης, ου, ὁ, qui ex urbe matrice ſeu metropoli eſt. 2) Epiſcopus Metropolitanus, qui metropoli præeſt, & alios Epiſcopos ſub ſe habet. A pr.

Μητροπόλος, ου, ὁ, ſacerdos Cereris.

Μητροπρεπῶς, *Adv.* ut matrem decet: quaſi a μητροπρεπής. E μήτηρ & πρέπω.

Μητροραίστης, ου, ὁ, qui matrem violat, qui matri manus intulit. Suid. Ex eod. & ῥαίω.

Μητρόῤῥιπτος, ου, ὁ, ἡ, a matre abjectus. Ex eod. & ῥίπτω.

Μητροτροφὸς, ός, matris alumnos. E μ. & τρέφω.

Μητροτύπτης, ου, ὁ, matricida. E μ. & τύπτω. Phav.

Μητροφθόρος, ου, ὁ, ἡ, qui matrem occidit, matricida. E μ. & φθείρω, *occido*.

Μητροφόνος, ου, ὁ, matricida. E μ. & φένω.

Μητροφόντης, ου, ὁ, matricida. Ex iiſd.

Μητρυιὰ, ᾶς, ἡ, noverca. 2) altera patria, h. e. ubi quis vivit & tamen non natus eſt. 3) novercæ indolem habens, h. e. iniqua, dura. A μήτηρ.

Μητρυιάζειν, novercari, Gl. V. A pr.

Μητρυιὸς, οῦ, ὁ, vitricus, per jocum. Ab eod.

Μητρυιώδης, ου, ὁ, ἡ, novercalis. Ab eod.

Μητρῳακὸς, ut μητρῳακὰ ἀγιστεῖα, purgationes in ſacris Cybeles fieri ſolitæ. A μητρῷος.

Μητρωνυμικὸν, nomen e nomine matris factum. E μ. & ὄνομα.

Μητρῷος, ῴα, ῷον, maternus. Hinc & μητρῷον, ου, fanum Cybeles ſeu Magnæ matris Deum. Μητρῷα, τὰ, ſacra Cybelia. A μήτηρ.

Μήτρως, ωος, & ω, ὁ, avunculus maternus. Acc. μήτρωα, & ων. Ab eod.

Μηχανάομαι, ῶμαι, f. ήσομαι, machinor, molior, ſtruo, agito. inf. μηχανᾶσθαι, poet. μηχανάασθαι. μηχανόωνται, 3. pl. præſ. ind. poet. pro μηχανῶνται, μηχανάονται. μηχανόωντο, part. *Jon.* pro μηχανώμενοι. Μηχανάομαι, etiam paſſ. ut μεμηχάνητο, pluſq. perſ. fabricatus erat. part. perſ. μεμηχανημένος, arte factus, item, ſubdole compoſitus. Activum raro occurrit. Soph. μηχανᾶν, moliri. Hom. μηχανόωντας, part. *Jon.* pro μηχανῶντας, μηχανάοντας. A μηχανή.

Μηχανάω, fut. ήσω, excogito, machinor. Hinc perſ. part. paſſ. μεμηχανημένος, excogitatus. ὁ, ὁ. A ſeq.

Μηχανὴ, ῆς, ἡ, machina, inſtrumentum. 2) quodlibet artificium, ſeu adminiculum, quo quis utitur ad aliquid efficiendum. 3) commentum, ars, ſollertia. 4) machina bellica. 5) machinatio, conſilium, molitio, Gl. Vet. πάσῃ μηχανῇ, quovis modo, qualibet arte, etiam atque etiam. οὐδεμία μηχανὴ, dicitur de re impoſſibili, ad quam efficiendam conſilii nil ſuppetit. A μῆχος.

Μηχάνημα, ατος, τὸ, machina, machinamentum. 2) dolus, ars, ſtrategema, molitio. Gl. Vet. A μηχανάομαι.

Μηχάνησις, εως, ἡ, machinatio, machinamentum. Ab eod.

Μηχανητέον, machinandum. Ab eod.

Μηχανητὴς, οῦ, ὁ, machinator. Ab eod.

Μηχανητικὸς, ή, όν, machinandi, ſeu machinas conficiendi peritus. 2) ſolers in excogitando. A præc.

Μηχανηφόρος, ου, ὁ, ἡ, machinam ferens. E μ. & φέρω.

Μηχανικὸς, ή, όν, machinas fabricandi peritus. 2) *Subſt.* artifex eorum, quæ ingenio ſimul & manu fiunt; (homo ſollers, ingenioſus.) ἡ μηχανικὴ, ῆς, ſc. τέχνη, ars mechanica. A μηχανή.

Μηχανιώτης, ου, ὁ, machinator, verſutus. Voc. μηχανιῶτα. Ab eod.

Μηχανοδίφης, ου, ὁ, id. Ex eod. & διφάω, *quæro*.

Μηχανόεις, εσσα, εν, idem. A μηχανή.

Μηχανοποιέω, ῶ, machinas fabricor.

Μηχανοποιΐα, ας, ἡ, machinarum fabricatio. A ſq.

Μηχανοποιὸς, οῦ, ὁ & ἡ, machinarum faber. machinarum theatralium artifex & moderator. E μ. & ποιέω.

Μηχανοῤῥαφέω, fraudes excogito. A μηχανοῤῥάφος.

Μηχανουργία, ας, ἡ, machinarum ſtructio, fraudum excogitatio. Ab eod.

Μηχανοῤῥάφος, ου, ὁ, ἡ, dolorum & fraudum artifex, malorum inventor. E μηχανὴ & ῥάπτω, *ſuo*.

Μηχανουργὸς, οῦ, ὁ & ἡ, machinas fabricans, Ex eod. & ἔργον.

Μηχανοφόρος, ου, idem quod μηχανηφόρος.

Μῆχαρ, τὸ, artificium, commentum, Æſchyl. 2) adjumentum, remedium, Lycophr. A ſq.

Μῆχος, εος, τὸ, (Euſt. ait eſſe ἄκλιτον) artificium, machinatio, conſilium, commentum. 2) dolus, ars. A ἄγω.

Μιαιγαμία, ας, ἡ, nuptiæ inceſtæ, impuræ, Suid. E ſq. & γάμος.

Μιαι-

Μιαίνω, f. ανῶ, inquino, conspurco, fœdo, contamino, polluo. 2) inficio colore, tingo, (v. μελαίνω.) 3) conscelero. μιήνῃ, aor. 1. act. conj. 3. sing. tinxerit. μιάνθησαν, 3. pl. aor. 1. pass. pro ἐμιάνθησαν, maculati sunt. μιῆναι, aor. 1. act. inf. violare, Philox.

Μιαιφονέω, ῶ, f. ήσω, polluo me cæde, homicidium perpetro. μιαιφονεῖ, trucidat, Philox. A μιαιφόνος.

Μιαιφονία, ας, ἡ, contaminatio e cæde. 2) cædes nefaria & scelerata, homicidium impium, parricidium. Ab eod.

Μιαιφόνος, ου, ὁ, ἡ, qui se cæde polluit, qui homicidium perpetravit, homicida nefarius, latro. 2) sanguinarius, crudelis, propensus ad sanguinem effundendum. E μιαίνω & φόνος, *cædes*.

Μιαιφονώτατα, *Adv.* crudelissime, fœdissime. A præc.

Μίασμα, ατος, τό, tinctura, Suid. A μιαίνω.

Μίανσις, εως, ἡ, pollutio. Ab eod.

Μιαντὸς, inquinatus, Gl. V. Ab eod.

Μιαρία, ας, ἡ, impuritas, scelus, scelerositas, projecta audacia. A seq.

Μιαρὸς, ρὰ, ρὸν, spurcus, pollutus, contaminatus. 2) scelestus, dirus, sceleratus, impurus, flagitiosus, abominandus, obscenus. A μιαίνω.

Μιαροφαγέω, ῶ, fut. ήσω, cibis vetitis vescor. A μιαροφάγος.

Μιαροφαγία, ας, ἡ, ciborum vetitorum esus. Ab eod.

Μιαροφάγος, ου, ὁ, ἡ, qui cibis vetitis vescitur.

Μιαρῶς, *Adv.* impure. 2) scelesté, scelerate. A μιαρός.

Μίασμα, ατος, τὸ, inquinamentum. 2) contagium. 3) piaculum. 4) stuprum. A μιαίνω.

Μιασμὸς, ῦ, ὁ, idem & ab eod.

Μιάστωρ, ορος, ὁ, contaminator. 2) fœdus, impurus, cæde vel alio scelere contaminatus. Ab eod.

Μίγα, *Adv.* mistim, promiscue. A μίγνυμι.

Μιγάδην, *Adv.* idem & ab eod.

Μιγάζομαι, misceor. Ab eod.

Μιγὰς, άδος, ὁ, ἡ, mistus, permistus, miscellaneus. Hinc μιγάδες, hominum colluvies, homines promiscue convenæ. Ab eod.

Μίγδα, *Adv.* mixtim, promiscue. Ab eod.

Μίγδην, *Adv.* idem. Philox. Ab eod.

Μίγμα, ατος, τὸ, mixtura, farrago. μίγματα, peculiarites de medicamentorum misturis. Ab eod.

Μιγματοπώλης, ου, ὁ, pharmacopola.

Μιγμὸς, ῦ, ὁ, idem quod μίγμα, apud Laert.

Μίγνυμι, μιγνύω, f. μίξω, misceo, permisceo. pass. μίγνυσθαι, misceri, prope accedere, consuescere, de concubitu, & de aliis quibusque modis consortii & congressus inter homines. aor. 1. inf. μιχθῆναι. aor. 2. μιγῆναι. part. a. 1. μιχθεὶς, μιχθεῖσα, perf. pass. part. μεμιγμένος.

ΜΙ´ΔΑΣ, ου, ὁ, Midas, nomen regis Phrygiæ. 2) nomen jactus tesserarii seu aleatorii admodum felicis. 3) bestiola fabas exedens.

Μιηθεὶς, pro μιανθείς.

ΜΙ´ΘΡΑΣ, ου, ὁ, Sol, apud Persas, ut Deus.

Μικκὸς, ὴ, ὸν, parvus, exiguus. Hinc μικκὸν, *Adv.* parum, paulisper, *Dor.* a μικρός.

Μικκύλος, parvulus, pusillus. Dim. a pr.

Μικροαδικητικὸς, ὴ, ὸν, in parvis injuriosus. v. μεγαλαδικητικός.

Μικραίτιος, ου, ὁ, ἡ, ob parvas res expostulans, querens. E μ. & αἰτία.

Μικραύλαξ, ακος, ὁ, ἡ, paucos, vel etiam parvos sulcos, agrum parvum habens.

Μικροβασίλειος, α, ον, regnum parvum habens.

Μικροβασιλεὺς, έως, ὁ, rex parvus, regulus.

Μικρόβιος, ου, ὁ, ἡ, breve tempus vivens, brevis ævi.

Μικρόβωλος, ου, ὁ, ἡ, parvas habens glebas.

Μικρογένειος, ον, parvum mentum habens. E μ. & γένειον.

Μικρόγενυς, υος, ὁ, ἡ, idem.

Μικρογλάφυρος, ου, ὁ, ἡ, parvos & aptos articulos habens.

Μικρογνωμοσύνη, ἡ, idem quod μικροψυχία. E μ. & γνώμη.

Μικρογραφέω, vocali brevi scribo, v. c. ο non ω. Vox Grammat. E μ. & γράφω.

Μικροδοσία, ας, ἡ, donatio exigua, parvum munus. E μ. & δόσις.

Μικροθαύμαστος, ὁ, ἡ, res parvas admirans. E μ. & θαυμάζω.

Μικροθυμέω, ῶ, fut. ήσω, animo pusillo sum. A μικρόθυμος.

Μικροθυμία, ας, ἡ, pusillanimitas. Ab eod.

Μικρόθυμος, ου, ὁ, ἡ, qui animo pusillo est.

Μικροκαρπία, ας, ἡ, parvi fructus editio, fructus exiguitas. A seq.

Μικρόκαρπος, ου, ὁ, ἡ, fructus exiguos edens.

Μικροκέφαλος, ον, exiguum habens caput. E μ. & κεφαλή.

Μικροκίνδυνος, ον, parva suscipiens pericula.

Μικροκλέπτης, ου, ὁ, fur rerum minutarum.

Μικροκοίλιος, ου, ὁ, ἡ, exilem habens ventrem. E μ. & κοιλία.

Μικρόκομψος, ον, parum concinnus, s. nimis concinnus, affectatam in minutiis ac puerilem concinnitatem habens.

Μικρόκοσμος, ου, ὁ, mundus parvus, homo.

Μικροληψία, ας, ἡ, paucorum acceptio. E μ. & λῆψις.

Μικρολογέομαι, οῦμαι, rei parvæ rationem habeo. 2) scrupulose circa vilia & spernenda occupor. 3) sordide & parce facio. A μικρολόγος.

Μικρολογία, ας, ἡ, oratio tenuis omnique sententiarum dignitate destituta. 2) cura, quæ impenditur rebus parvis frivolis ac vilibus, tanquam magnis. 3) sordes, avaritia, parsimonia sordida. Ab eod.

Μικρολόγος, ου, ὁ, ἡ, qui rerum exiguarum ac vilium rationem habet, in minima quæque inquirit, scrupulosus. 2) sordidus, tenax, præparcus.

Μικρολόγως, *Adv.* res parvas magni æstimando. 2) sordide, præparce.

Μικρόλυπος, ου, ὁ, ἡ, cui res minimæ animi molestiam adferunt. E μ. & λύπη.

Μικρομελὴς, έος, ὁ, ἡ, parva habens membra. E μ. & μέλος, *membrum*.

Μικρομέρεια, ας, ἡ, tenuitas partium. A seq.

Μικρομερὴς, έος, ὁ, ἡ, parvis partibus constans. E μ. & μέρος.

Μικρόμματος, ου, ὁ, ἡ, parvos oculos habens. E μ. & ὄμμα.

Μικρόπεπλος, ου, ὁ, ἡ, parvum peplum gestans.

Μικροποιέω, minutum reddo. A seq.

Μικροποιὸς, ὸν, minutum, humile reddens.

Μικροπολίτης, ου, ὁ, parvæ urbis civis.

Μικροπολιτικὸς, ὴ, ὸν, civi parvæ civitatis conveniens, s. usitatus &c. Hinc τὸ μικροπολιτικὸν, ῦ, multitudo parvi oppidi. it. mores moribus parvi oppidi similes. A pr.

Μικροπόνηρος, ου, ὁ, ἡ, in parva re improbus.

Μικροπρέπεια, ας, ἡ, illiberalitas, sordes, indecora parsimonia. A μικροπρεπής.

Μικροπρεπέομαι, f. ήσομαι, indecore parcus sum, sum vilis abjectique animi. Ab eod.

Μικροπρεπής, έος, ὁ, ἡ, viles abjectosque decens. 2) sordidus, illiberalis. E μ. & πρέπω, decet.

Μικροπρεπῶς, *Adv.* sordide, illiberaliter. A pr.

Μικροπρόσωπος, ου, faciem parvam habens. E μ. & πρόσωπον.

Μικροπτέρυξ, γος, parvas alas habens.

Μικρόῤῥαξ, γος, ὁ, ἡ, qui parvos habet acinos.

Μικρόῤῥις, vel μικρόῤῥις, ινος, ὁ, ἡ, parvum nasum habens. Ex μ. & ῥὶς, *nasus*.

Μικρόῤῥωξ, ωγος, ὁ, ἡ, idem quod μικρόῤῥαξ.

Μικροῤῥοπύγιος, ου, ὁ, ἡ, parvum habens oropygium. E μ. & ὀῤῥοπύγιον.

Μικρὸς, ρὰ, ρὸν, parvus, exiguus. 2) qui parvi pretii aut momenti est. 3) paucus. μικρὸν, *Adv.* paullulum, parum. μικροῦ, prope, fere, propemodum. μικροῦ δεῖν, propemodum, pæne, Philox. μικρῷ πρόσθεν, paullo ante, Philox. μικρῷ πρότερον, paullo ante. μικρῷ ὕστερον, paullo post. *Comp.* μικρότερος. *Sup.* μικρότατος.

Μικροσκελὴς, έος, ὁ, ἡ, parva habens crura. E μ. & σκέλος.

Μικροσπέρματος, ου, parvum semen habens. E μ. & σπέρμα.

Μικρόσπερμος, ου, ὁ, ἡ, idem. Ex iisd.

Μικροστάχυς, υος, ὁ, ἡ, parvas spicas habens.

Μικρόστομος, ὁ, ἡ, os parvum habens. E μ. & στόμα.

Μικρόσφαιρος, ου, Epith. malobathri, folia perparva habentis. E μ. & σφαῖρα.

Μικρόσφυκτος, ὁ, ἡ, cui parvus & debilis est pulsus arteriarum. 2) debilis. E μ. & σφύζω.

Μικροσφυξία, ας, ἡ, exilitas pulsus arteriarum. Ex iisdem.

Μικρόσχημος, ου, ὁ, ἡ, parvum habitum gerens. E μ. & σχῆμα.

Μικροτέχνης, ου, ὁ, vilis & abjectus artifex. E μ. & τέχνη.

Μικρότης, ητος, ἡ, parvitas, exiguitas, pusillitas. A μικρός.

Μικροτράπεζος, ου, ὁ, ἡ, qui tenuem habet mensam. E μ. & τράπεζα.

Μικρότριχος, ου, ὁ, ἡ, breves habens pilos. E μ. & θρίξ.

Μικρότροφος, ὁ, ἡ, tenuissimo victu utens.

Μικροφιλοτιμία, ας, ἡ, inepta & sordida gloriæ cupido, gloriæ captatio e rebus frivolis. A seq.

Μικροφιλότιμος, ου, ὁ, ἡ, e rebus tenuibus gloriam captans, Theophr.

Μικροψύχως, *Adv.* illiberaliter, sordide. A μικρόφρων.

Μικροφυχία, ας, ἡ, pusillanimitas. Ab eod.

Μικρόφρων, ονος, ὁ, ἡ, pusillanimitas. E μ. & φρήν.

Μικροφυὴς, έος, ὁ, ἡ, pusillus. E μ. & φυή.

Μικροφυΐα, ας, ἡ, parvitas a natura. A præc.

Μικρόφυλλος, ου, ὁ, ἡ, parva habens folia. E μ. & φύλλον.

Μικροφωνία, ας, ἡ, exilitas vocis. A seq.

Μικρόφωνος, ου, ὁ, ἡ, gracilem & exilem vocem habens. E μ. & φωνή.

Μικροχαρὴς, έος, rebus parvis, nihili, frivolis gaudens. E μ. & χαίρω.

Μικρόχωρος, ου, ὁ, ἡ, exiguum solum habens.

Μικροψυχέω, ῶ, f. ήσω, pusillo animo sum, exponitur &, animo deficio. A μικρόψυχος.

Μικροψυχία, ας, ἡ, pusillanimitas, animus demissus & abjectus. Ab eod.

Μικρόψυχος, ου, ὁ, ἡ, qui animo demisso & abjecto est, pusillanimis. E μ. & ψυχή.

Μικρύνω, parvum reddo, imminuo. A μικρός.

Μικρῶς, *Adv.* parum, leviter. Ab eod.

Μικτὸς, ἡ, ὸν, mixtus. 2) qui misceri potest. A μίγνυμι.

Μίλαξ, ακος, ἡ, taxus, hederæ species. v. σμῖλαξ.

Μιλησιουργὴς, Milesio opere factum, sicut celebrantur Μιλήσια στρώματα, Milesia stragula, & Μιλήσια ἔρια, Milesiæ lanæ. Ex ἔργω & Μίλητος, Miletus, quæ est urbs Asiatica.

ΜΙΛΙΑΡΙΟΝ, ου, τὸ, miliarium, columna Romæ, unde miliaria numerari cœpta. 2) vas ad parandam aquam calidam, caldarium; quod esset forma miliari simile. Athenæus Lib. III. Anthol. Gr.

Μιλιάζω, vel μιλίζω, f. άσω, miliaria dimetior. Hinc μιλιασθαι, per miliaria esse dimensum, apud Strab. A μίλιον.

Μιλιασμὸς, ὁ, dimensio per miliaria. A præc.

ΜΙΛΙΟΝ, ου, τὸ, miliare, spatium mille passuum.

Μίλος, ου, τὸ, aut μίλος, ου, ὁ, milaeis, seu smilacis, taxi, sive hederæ flos, Pollux.

Μίλτειος, ου, ὁ, ἡ, qui e minio, aut minio tinctus est. A μίλτος.

Μιλτηλιφὴς, & μιλτηλιφὴς, έος, ὁ, ἡ, minio illitus, miniatus, minio tinctus. Ex eod. & ἀλείφω.

Μίλτινος, ἴνη, ινον, miniaceus. Ab eod.

Μιλτίτης, ου, ὁ, ut μιλτίτης λίθος, lapis minii colorem referens. Ab eod.

Μιλτοπάρῃος, ου, ὁ, ἡ, genas minio infectas habens. Epith. navis rubro pictæ proram. Ex eodem & παρειά.

Μιλτόπρεπτος, ου, ὁ, ἡ, minio pulcre pictus, decorus. E seq. & πρέπω.

Μίλτος, ου, ἡ, minium, rubrica. 2) rubigo segetum.

Μιλτόω, ῶ, f. ώσω, minio inficio, rubrica tingo. Gl. Vet. minio. A præc.

Μιλτώδης, εος, ὁ, ἡ, miniaceus, minio similis. 2) minii plenus. Ab eod.

Μιλτωρυχία, ας, ἡ, minii effossio. 2) metallum minii. A seq.

Μιλτωρύχος, ου, ὁ, minii seu rubricæ effossor. E μίλτος & ὀρύσσω.

Μιλτωτὸς, ἡ, ὸν, miniatus, Gl. Vet. rubricatus. A μιλτόω.

ΜΙΛΦΑΙ, ῶν, αἱ, defluvium pilorum in palpebris.

Μίλφωσις, εως, ἡ, idem. A præc.

ΜΙΜΑΙΚΥΛΟΝ, ου, τὸ, fragum; fructus arbuti. Scribunt & μιμαίκυλον, μεμαίκυλον &c. male.

Μιμαλλόνες, & Μιμαλλόνες, ων, αἱ, Mimallones, Bacchæ, seu sacerdotes Bacchi. A μιμέομαι.

ΜΙΜΑΡΚΥΣ, υος, ἡ, sive μίμαρκυς, υος, ἡ, farciminis genus.

Μιμαυλέω, ῶ, histrioni mimo accino tibia. Hes. interpr. ὑποκρίνεσθαι. A seq.

Μίμαυλος, ου, ὁ, ἡ, qui mimos tibia exprimit. E μῖμος & αὐλός.

Μιμέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, imitor, imitatione exprimo.

Μιμηλάζω, idem, Hes. A seq.

Μιμηλὸς, ἡ, ὸν, imitando expressus, a docto imitatore factus. *Dor.* μιμηλὰ, imitando expressa imago. μιμηλὸς, active, imitandi sollertia præditus, imitator, ut μιμηλὴ τέχνη, imitatrix ars. μιμηλότατοι, imitandi dexteritate præstantissimi. A μιμέομαι.

Μιμηλότης, ητος, ἡ, imitandi dexteritas. Suid. sine expositione. A præc.

Μιμηλῶς, idem quod μιμητικῶς. Ab eod.

Μίμημα, ατος, τὸ, imitamentum, imago. A μιμέομαι.
Μίμησις, εως, ἡ, imitatio. Ab eod.
Μιμητὴς, ᾶ, ὁ, imitator, de poetis quoque & histrionibus, quod illi verbis & oratione, hi gestu imitentur mores hominum. Philox. μιμητὴς, infectator. Ab eod.
Μιμητικὸς, ἡ, ὸν, imitandi sollertia praditus, peritus imitator. Gl. Vet. gesticularius. Ab eodem.
Μιμητικῶς, *Adv.* imitando, more imitatorum. A praec.
Μιμητὸς, ἡ, ὸν, imitabilis. Ab eod.
Μιμία, ας, ἡ, imitatio. A μῖμος.
Μιμικὸς, ἡ, ὸν, mimicus. Ab eod.
Μιμνάζω, permaneo, præstolor, exspecto. A μίμνω.
Μιμνήσκω, in memoriam revoco. μιμνήσκομαι, recordor, memini. vid. μνάομαι.
Μίμνω, pro μένω, e reduplicato μενέω.
Μιμογράφος, ου, ὁ, qui mimos scribit. E μῖμος & γράφω.
Μιμολογέω, ῶ, mimos recito, mimice recito. pass. μιμολογεῖσθαι, mimice recitari. A seq.
Μιμολόγος, ου, ὁ, ἡ, qui mimos recitat. In Epigr. echo dicitur μιμολόγος, imitans vocem humanam.
Μῖμος, ου, ὁ, mimus, imitator, histrio, Gl. Vet. 2) mimus, imitatio, Gl. Vet. ipse actus mimicus, plerumque obscenior, & mimi ejusmodi versus. 3) vana rerum ementitarum repræsentatio, adumbratio, offuciæ. A μιμέομαι.
Μιμὼ, όος, *contr.* ῦς, ἡ, simia, humanarum actionum imitatrix, Tzetzes. Ab eod.
Μιν, *Pron. indecl.* seipsum, ipsam. *alicubi & pro* seipsos.
ΜΙΝΔΑΞ, ακος, ὁ, suffimentum quoddam, suffitus, Athen.
ΜΙΝΘΑ, f. μίνθη, ης, ἡ, mentha, herba suaveolens.
Μίνθος, ου, ὁ, stercus, merda. Alicubi & pro μίνθη.
Μινθόω, ῶ, f. ώσω, stercore inquino. A praec.
Μινυομάχος, ου, ὁ, ἡ, Minyarum domitor. E Μινύαι, qui gente erant Thessalica, & μάχομαι.
Μινυθέω, ῶ, fut. ήσω, minuo, imminuo. perf. μεμινυθηκέναι apud Hippocr. A μινύς.
Μινύθημα, ατος, τὸ, imminutum, extenuata pars corporis. A præc.
Μινύθησις, εως, ἡ, imminutio. Hippocr. Ab eod.
Μινύθω, minuo, imminuo. 2) minor fio, decresco, deficio, marcesco, contabesco. A μινύς.
Μίνυνθα, *Adv.* parumper, paullisper, paullulum, ad parvum temporis spatium. A praec.
Μινυνθάδιος, f. μινυνθαδὶς, brevi tempore durans. A praec.
Μινυνθάδης, ες, brevis. Ab eod.
ΜΙΝΥΟ'Σ, ἡ, ὸν, parvus, exilis.
Μινύρισμα, ατος, τὸ, querulum & exile murmur. A seq.
Μινυρίζω, exili voce lamentor, exili & flebili voce cantillo. Philox. μινυρίζει, minurit. A μινύρομαι.
Μινύρισμα, ατος, τὸ, minuritio, cantus minorum avium. A præc.
Μινυρισμὸς, ῦ, ὁ, murmuratio, susurratio, Gl. Vet. Ab eod.
Μινύρομαι, querula & lamentabili voce loquor, vel cantillo. A μινυός.
Μινυώριος, ου, ὁ, ἡ, brevi tempore durans, fluxus, caducus. E μινυὸς & ὥρα.
Μιξαιθρία, ας, ἡ, serenitas pluviis hiemalibus permixta. E μίξις & αἰθρία.
Μιξαίθριον, ου, τὸ, idem & ex iisd.
Μιξάνθρωπος, ου, ὁ, ἡ, semihomo.
Μιξέλληνες, altero tantum parente Græci, ut hibridæ apud Romanos. E μίξις & Ἕλλην.

Μιξίαμβος, ου, ὁ, ἡ, poeta, qui carminibus jambos admiscet; conviciator, Hes. E μίξις & ἴαμβος, *jambus*, quod olim conviciis in primis adhibebantur jambi.
Μιξίας, ου, ὁ, qui miscet, Hes. A seq.
Μίξις, εως, ἡ, mixtio, mixtura, permistio, temperatura. 2) concubitus, coitus. A μίγνυμι.
Μιξοβάρβαρος, ου, ὁ, ἡ, semibarbarus.
Μιξοβόας, ου, ὁ, promiscue clamans. E μ. & βοάω.
Μιξοδία, ας, ἡ, mixtio viarum, trivium. Apud Apoll. Rh. μιξοδία, locus inter Scyllam & Charybdim. Schol. Apoll. Rh. E μ. & ὁδός. v. μισγοδία.
Μιξόδος, ου, ἡ, idem & ex iisd.
Μιξόθηρ, ηρος, ὁ, ἡ, semifer, feræ quasi permixtus. E μ. & θήρ.
Μιξόθηρος, ου, ὁ, ἡ, idem. 2) qui belluinis est moribus. Ex iisd.
Μιξόθριξ, χος, ὁ, ἡ, semicanus.
Μιξόθροος, ον, e variis clamoribus mixtus.
Μιξοιφία, ας, ἡ, coitus, Hes. E μ. & οἰφέω.
Μιξόλευκος, ον, albo distinctus.
Μιξολύδιος, ου, ὁ, ἡ, semi Lydius.
Μιξολυδιστὶ, *Adv.* semi-Lydio more.
Μιξόμβροτος, ου, ὁ, ἡ, semihomo, ut centaurus.
Μιξονόμος, Epith. hircorum, quia inter oves pascuntur, apud Athen. E μ. & νέμω. vid. μισγονόμος.
Μιξοπάρθενος, ου, ὁ, ἡ, semivirgo, ut Harpyia.
Μιξοπόλιος, ου, ὁ, ἡ, cujus capillis cani incipiunt misceri. Gl. Vet. canaster.
Μιξόπυος, ου, ὁ, ἡ, pure permixtus. E μ. & πύον, *pus*.
Μιξοφρύγιος, ου, ὁ, ἡ, semi-Phrygius.
Μιξόφρυς, υος, ὁ, ἡ, supercilia coeuntia habens.
Μιξόχλωρος, ον, subviridis.
Μισαγαθία, ας, ἡ, odium bonorum s. bonarum rerum. A seq.
Μισάγαθος, ου, ὁ, ἡ, qui bonos vel res bonas odit. E μισέω & ἀγαθός.
Μισαδελφία, ας, ἡ, fratris odium. A seq.
Μισάδελφος, ου, ὁ, ἡ, qui fratrem odit. Ex eod. & ἀδελφός.
Μισαλάζων, ονος, ὁ, ἡ, osor arrogantiæ. Ex eod. & ἀλαζών.
Μισαλληλία, ας, ἡ, odium mutuum. A seq.
Μισάλληλοι, ων, οἱ, αἱ, qui se mutuo odio prosequuntur. E μ. & ἀλλήλων.
Μισανθρωπέω, ῶ, f. ήσω, homines odi, hominum consuetudinem fugio. A μισάνθρωπος.
Μισανθρωπία, ας, ἡ, odium hominum, inhumanitas. Ab eod.
Μισάνθρωπος, ου, ὁ, ἡ, osor hominum, inhumanus. E μισέω & ἄνθρωπος.
Μισαπόδημος, ον, abhorrens peregrinationum. Ex eod. & ἀπόδημος.
Μισαργυρία, ἡ, contemtus pecuniæ. Ex eod. & ἄργυρος.
Μισγάγκεια, ας, ἡ, locus in valle, in quo fit mistio aquarum, in quem e montibus aquæ confluentes miscentur. 2) ipse aquarum gurges illinc collectus. E μίσγω & ἄγκος, *vallis*.
Μισγητία, vide μιξητία.
Μισγοδία, ας, ἡ, bivium, trivium. Ex eod. & ὁδός. v. μιξοδία.
Μισγονόμος γῆ, terra, ubi promiscue pascunt, Hes. Ex eod. & νέμω.
Μίσγω, misceo, permisceo. μίσγομαι, misceor, coeo, concumbo, congredior, conversor. A μίγνυμι.
Μισέλλην, ηνος, ὁ, ἡ, Græcorum osor. E μισέω & Ἕλλην.

Μισορ-

Μισόπονος, ου, ὁ, ἡ, laborum osor, Pollux. Ex eod. & πόνος.

Μισεταιρία, ας, ἡ, sociorum odium, Pollux.

Μισέταιρος, ου, ὁ, sociorum osor, Pollux. E seq. & ἑταῖρος.

Μισέω, ῶ, f. ήσω, odi, odio prosequor. 2) minus diligo, minus curo. per Hebr. μισέομαι, οῦμαι, odio sum. μεμισημένος, invisus, odiosus, perf. part. A μῖσος.

Μίσηθρον, τὸ, artificium odii contra quem excitandi, opp. φίλτρον, Lucian. A pr. vid. μίσητρον, quæ melior est lectio.

Μισήλιος, ου, ὁ, solifuga, Gl. Vet. E μισέω & ἥλιος.

Μίσημα, ατος, τὸ, odium. Ab eod.

Μισήτη, ης, ἡ, libidinosa, prostituens se cuique femina, χαμαιτύπις. Ammon. Suid. quasi pro μισγήτη, a μίσγομαι.

Μισητία, ας, ἡ, insatiata libido; proclivitas in Venerem, scribitur & μισγητία. A præc.

Μισητὴς, οῦ, ὁ, osor, Philox. A μισέω.

Μισητίζω, odi, odio prosequor, Hes. Ab eod.

Μισητικὸς, ἡ, ὸν, qui odio prosequitur, propensus ad odia. Ab eod.

Μισητικῶς, *Adv.* odio prosequendo, per odium.

Μισητὸς, ἡ, ὸν, odiosus, invisus, qui odio habetur. A μισέω.

Μίσητρον, ου, τὸ, Lex. Vulg. v. μίσηθρον. Ab eod.

Μισθαποδοσία, ας, ἡ, mercedis seu præmii solutio. 2) præmium, merces, etiam pœna. E μισθὸς & ἀπόδοσις.

Μισθαποδότης, ου, ὁ, qui persolvit mercedem, præmium, pœnam sumit. Ex eod. & ἀποδίδωμι.

Μισθάριον, ου, τὸ, parva merces, mercedula. Dim. a μισθός.

Μισθαρνητικὸς, ἡ, ὸν, ad eos pertinens, qui mercede operam suam locant. A seq.

Μισθαρνίζω, f. σω, idem quod sequens.

Μισθαρνέω, ῶ, f. ήσω, mercede operam meam loco, mercedem capio, stipendia facio, etiam de meretricio quæstu. A seq.

Μισθαρνὴς, έος, ὁ, ἡ, mercenarius, qui mercede aliquid facit, Hes. ubi malunt μισθάρνης, ου, ὁ. E μισθὸς & ἄρνυμαι, *capio*.

Μισθαρνητικὸς, ἡ, ὸν, mercenarius, pertinens ad mercenarios. A μισθαρνέω.

Μισθαρνία, ας, ἡ, mercedis acceptio, opera mercenaria, quæ pro mercede præstatur. 2) quæstus meretricius. A μισθαρνής.

Μισθαρνικὸς, ἡ, ὸν, idem quod μισθαρνητικός. A pr.

Μισθαρχίδης, ου, ὁ, qui mercede magistratum gerit, magistratus mercenarius. Vocab. Aristoph. forma patronymici, quasi a μισθάρχης, vel μίσθαρχος.

Μίσθιος, ία, ιον, vel μίσθιος, ου, ὁ, ἡ, mercenarius, meritorius. A μισθός.

Μισθοδοσία, ας, ἡ, mercedis seu stipendii solutio. Ex eod. & δόσις.

Μισθοδοτέω, ῶ, f. ήσω, mercedem sive stipendium do, seu persolvo. μισθοδοτοῦμαι, mereo, mercedem fero. A seq.

Μισθοδότης, ου, ὁ, qui mercedem persolvit.

Μισθόδωρος, ὁ, ἡ, idem. E μ. & δῶρον.

Μισθὸς, οῦ, ὁ, merces, præmium laborum. 2) salarium, stipendium militum. 3) pretium habitationis.

Μισθοφορὰ, ᾶς, ἡ, stipendium, id ipsum, quod mercedis loco fertur, h. e. accipitur, salarium. Vertitur & vectigalia. A μισθὸς & φέρω.

Μισθοφορέω, ῶ, f. ήσω, mercedem capio, quæstum facio. 2) æra mereo, stipendia facio.

Μισθοφορία, ας, ἡ, ipsa actio stipendia merendi.

Μισθοφορικὸς, ἡ, ὸν, qui mercenariorum, vel militum æra merentium est. 2) qui stipendia facere solet. sc. στρατιώτης. μισθοφορικὸν, sc. ἀργύριον, stipendiale, Gl. Vet. A præc.

Μισθοφόρος, ου, ὁ, ἡ, mercede operam locans, mercenarius, qui mercede aliquid facit. Gl. Vet. stipendiatus. E μισθὸς & φέρω.

Μισθόω, ῶ, f. ώσω, mercede loco, faciendum utendumve mercede certa loco. med. μισθόομαι, οῦμαι, mercede conduco. f. μισθώσομαι, conducam. pass. mercede conducor: μεμισθωμένος, mercede conductus. A μισθός.

Μίσθωμα, ατος, τὸ, merces, qua aliquid utendum locatur vel conducitur, vel qua quis operam locat. 2) illud ipsum quod conducitur, velut habitatio. 3) merces, quæ datur meretrici pro nocte, quæstus meritorius. A præc.

Μισθωμάτιον, ου, τὸ, Dim. præc.

Μισθωμάτιος, ία, ιον, conductitius, Gl. Vet. A seq.

Μισθώσιμος, ου, ὁ, qui mercede locatur, vel conducitur. 2) qui mercede conduci debet. 3) qui mercede locari aut conduci potest. Gl. Vet. locaritius. A seq.

Μίσθωσις, εως, ἡ, locatio, aut conductio. A μισθόω.

Μισθωτὴς, οῦ, ὁ, conductor. Ab eod.

Μισθωτικὸς, ἡ, ὸν, mercenarius. Ab eod.

Μισθωτὸς, ἡ, ὸν, mercenarius, mercede conductus, conductitius. Ab eod.

Μισθώτριαι, fem. μισθώτριαι γυναῖκες, apud Poll. mulieres mercenariæ. A μισθωτής.

Μίσιππος, ὁ, ἡ, ab equis alendis &c. abhorrens. A μισέω & ἵππος.

ΜΙ'ΣΚΕΛΛΟΣ, ου, ὁ, vile & nigrum vinum, Hesych. voc. Lat.

Μίσκελλος, sordidus & præparcus, qui frusta etiam rejecta colligit. A seq.

ΜΙ'ΣΚΟΙ, ων, οἱ, frusta & rejectamenta, quæ sub mensam cadunt, Poll.

Μισοβάρβαρος, ου, ὁ, ἡ, osor barbarorum. E μισέω & βάρβαρος.

Μισοβασιλεὺς, έως, ὁ, regis vel regum osor.

Μισόγαμος, ου, ὁ, ἡ, a nuptiis abhorrens.

Μισογόης, ὁ, osor præstigiarum & imposturarum, it. impostorum.

Μισογύναιος, ου, ὁ, ἡ, osor mulierum. E μ. & γύναιον.

Μισογυνία, ας, ἡ, odium erga mulieres. A μισογύνης.

Μισογυνέω, odi mulieres. A seq.

Μισογύνης, ου, ὁ, osor mulierum. E μ. & γυνή.

Μισόδημος, ου, ὁ, ἡ, osor populi, s. suæ civitatis, vel constitutionis civilis.

Μισοδημότης, ου, ὁ, idem.

Μισοδικαστὴς, οῦ, ὁ, idem quod sequens.

Μισόδικος, ου, ὁ, ἡ, qui jure agere horret, litium osor. E μ. & δίκη.

Μισόθεος, ου, ὁ, ἡ, deum vel deos exosus.

Μισόθηρος, ου, ὁ, ἡ, a venatione alienus. E μ. & θήρα.

Μισόθριξ, χος, ὁ, ἡ, qui comam non alit.

Μίσοινος, ὁ, ἡ, a vino alienus.

Μισοκαῖσαρ, αρος, Cæsari infestus.

Μισοκακῶ, mala vel malos odi, Gl. Vet.

Μισόκαλος, ου, ὁ, ἡ, osor honesti.

Μισοκερδὴς, έος, ὁ, ἡ, lucrifuga, Gl. Vet. E μ. & κέρδος.

Μισολάκων, ωνος, Lacedæmoniis inimicus.

Μισολογέω, ῶ, bonas litteras odi, 2) imperitus sum doctrinarum. A μισολόγος.

Μισολογία, ας, ἡ, odium bonarum litterarum, disputationum &c. Ab eod.

Μισόλογος, ου, ὁ, ἡ, qui colloquia, congressus hominum, disputationes & ratiocinationes odit, osor bonarum litterarum, indoctus.
Μισόνοθος, ου, ὁ, ἡ, qui spurios odit.
Μισόνυμφος, ου, ὁ, ἡ, qui nuptias & conjugium odit. E μ. & νύμφη.
Μισοξενία, ας, ἡ, odium peregrinorum, odium hospitum, inhospitalitas. A seq.
Μισόξενος, ου, ὁ, ἡ, osor peregrinorum, hospitum, inhospitalis.
Μισόπαις, αιδος, ὁ, ἡ, osor liberorum, liberos exosus.
Μισοπάρθενος, ὁ, virginibus infestus.
Μισοπάτωρ, ορος, ὁ, ἡ, patri inimicus.
Μισοπέρσης, ου, ὁ, Persis infestus.
Μισοπόλεμος, ὁ, ἡ, alienus a bello.
Μισόπολις, ιος, ὁ, ἡ, osor civitatis.
Μισοπονέω, ῶ, odi & defugio labores. 2) non contendo, non studeo. A μισόπονος.
Μισοπονία, ἡ, odium laboris. A seq.
Μισόπονος, ου, ὁ, ἡ, osor laboris.
Μισοπονηρέω, ῶ, f. ήσω, odi improbos, improbitatem aversor. A μισοπόνηρος.
Μισοπονηρία, ας, ἡ, odium improbitatis. A seq.
Μισοπόνηρος, ου, ὁ, ἡ, qui improbos vel improbitatem aversatur. Philox. severus. τὸ μισοπόνηρον, ου, sc. ἦθος, odium improbitatis.
Μισοπονήρως, *Adv.* cum odio improborum. A pr.
Μισοπορπακιστάτη, ἡ, bello maxime inimica, pacis amantissima, Aristoph. E μ. & πόρπαξ.
Μισοπράγμων, ονος, ὁ, ἡ, a negotiis abhorrens, qui vitam quietam & negotiis vacuam agit. E μ. & πρᾶγμα.
Μισοπροσήγορος, ὁ, ἡ, difficilis aditu.
Μισόπτωχος, ου, ὁ, ἡ, odio habens, fugiens pauperes.
Μισοπώγων, ωνος, ὁ, ἡ, osor barbæ, titulus libelli a Juliano Aug. conscripti.
Μισορώμαιος, ου, ὁ, ἡ, Romanis infestus.
Μῖσος, εος, τὸ, odium.
Μισόσοφος, ου, ὁ, ἡ, osor sapientiæ; sapientiæ studium, Philosophiam exosus.
Μισοστρατιώτης, ου, ὁ, rem militarem fugiens.
Μισοσύλλας, ὁ, inimicus Syllæ.
Μισοτεκνία, ας, ἡ, odium liberorum. A seq.
Μισότεκνος, ου, ὁ, ἡ, liberorum osor, prolem habere nolens.
Μισοτύραννος, ου, ὁ, ἡ, osor tyrannorum, tyrannidis.
Μισότυφος, ου, ὁ, ἡ, qui ostentationem odit.
Μισοφίλιππος, ου, ὁ, ἡ, inimicus Philippi.
Μισοφιλόλογος, ου, ὁ, ἡ, abhorrens a studiis litterarum, infestus hominibus doctis.
Μισόφιλος, ου, ὁ, ἡ, qui amicos aversatur; amicitias fugiens.
Μισοφρόντις, ιδος, ὁ, ἡ, fugiens curas.
Μισόχρηστος, ου, ὁ, ἡ, bonorum osor.
Μισόχριστος, ου, ὁ, ἡ, qui Christum odit.
Μισοψευδής, έος, ὁ, ἡ, qui mendacium odit.
Μιστυλάομαι, ῶμαι, pane in cochlear excavato jus vel pulmentum haurio. A seq.
Μιστύλη, f. μυστίλη, ης, ἡ, panis in cochlear cavatus.
Μιστύλλω, in parvas partes seu frusta exigua concido, in parva frusta disseco.
ΜΙ΄ΣΥ, misy, succus in metallis concretus in formam glebæ vel pollinis: unde inter metallica numeratur.
Μισύβρις, ιος, ὁ, ἡ, alienus ab insolentia.
ΜΙ΄ΣΧΟΣ, ου, ὁ, pediculus, per quem folia fructusque arboribus adhærent. 2) granum folio adhærens. 3) instrumentum rusticum vertendæ terræ.
Μισώδης, εος, ὁ, ἡ, odiosus, odio dignus. A μῖσος.
Μιτόῤῥαφής, έος, ὁ, ἡ, filo sutus. E seq. & ῥάπτω.
Μίτος, ου, ὁ, filum, quod stamini implicatus, licium. 2) fides citharæ.
Μιτόω, ῶ, f. ώσω, licia tendo. 2) fidibus cano. A pr.
Μίτρα, ας, ἡ, & μίτρη, ης, ἡ, cingulum, balteus, cinctus, zona. 2) fascia, qua caput obligatur, mitra, diadema.
Μιτράγχαπα, ἡ, squama aurea, quæ in fronte gestatur, Hesych.
Μιτρηφόρος, ου, ὁ, ἡ, mitram gestans, mitratus. E μίτρα & φέρω.
Μιτρίον, ου, τὸ, mitella, Gl. Vet. A μίτρα.
Μιτροφορέω, mitram gesto.
Μιτροφόρος, ου, ὁ, ἡ, idem quod μιτρηφόρος.
Μιτροχίτων, ωνος, ὁ, ἡ, tunicam fascia cingens.
Μιτρόω, ῶ, f. ώσω, mitra seu fascia cingo. A μίτρα.
ΜΙΤΤΥΛΛΟΣ, ου, ὁ, puerili ætati proximus.
ΜΙ΄ΤΥΛΟΣ, ύλη, *Dor.* ύλα, υλον, mutilus, cornibus carens.
ΜΙ΄ΤΥΣ, υος, ἡ, ostiis alveariorum circumlitum quasi purgamentum ceræ, subatrum, graveolens, vulneribus & ulceribus medens.
Μνᾶ, ᾶς, ἡ, mina, pondus centum plerumque drachmarum.
Μναῖος, & μναιαῖος, αία, αῖον, minæ pondus, s. pretium habens. A præc.
Μνάομαι, ῶμαι, memoro, commemoro, dico. 2) memor sum, recordor. Hinc in usu f. μνήσομαι, recordabor, mentionem faciam. aor. 1. ἐμνήσθην, recordatus sum, imperat. μνήσθητι, memor esto, recordare. f. pass. μνησθήσομαι, mentionem faciam. perf. in significatione præsentis μέμνημαι, memini, recordor. 2) curo, operam do. imperat. μέμνησο, memento. part. μεμνημένος, memor. aor. 1. med. μνήσασθαι, commemorare, mentionem facere. A μνάω.
Μνάομαι, μνῶμαι, ambio, affecto, in præsenti usitatum, 3. pl. μνῶνται, ambiunt, uxorem petunt. inf. μνᾶσθαι, ambire. part. μνώμενος, sibi concilians.
Μνασιδωρῶν, apud Demosth. v. μνησιδωρεῖσθαι.
ΜΝΑΣΙ΄ΟΝ, ου, τὸ, mensura duorum medimnorum, Hes.
ΜΝΑ΄ΣΙΟΝ, ου, τὸ, in Ægypto, herba dulcem saporem cibis adferens, Theophr.
Μνάστειρα, ας, ἡ, *Dor.* pronuba. A μναστήρ.
Μναστεύω, ῶ, f. ήσω, nuptias alicujus ambio. *Dor.* pro μνηστεύω, unde μνηστεία.
Μνάω, ῶ, in memoriam revoco. 2) commonefacio, admoneo, occurrit fut. μνήσει, admonebit. aor. 1. part. μνήσαντα.
Μνέα, *Jon.* pro μνᾶ.
Μνεία, ας, ἡ, mentio. 2) memoria. A μνάω.
Μνῆμα, ατος, τὸ, id, quo nobis res aliqua in memoriam revocatur, monumentum. 2) sepulcrum. A μνάομαι.
Μνημάτιον, τὸ, parvum monumentum. A præc.
Μνηματίτης, ου, ὁ, ut μνηματίτης λόγος, oratio funebris. Ab eod.
Μνημεῖον, ου, τὸ, monumentum, quicquid memoriæ caussa struitur, datur. 2) sepulcrum. 3) locus secretior domus, in quo pretiosissima quæque adservantur, in pr. μνημεῖα ab amicis, parentibus, sponsis &c. accepta (n. 1.) A seq.
Μνήμη, ης, ἡ, memoria. 2) mentio, commemoratio. A μνάομαι.

Μνη-

Μνημήϊον, ου, τὸ, *Ion.* pro μνημεῖον.

Μνημόνευμα, ατος, τὸ, quod memoriæ mandatur, seu memoria tenetur. A μνημονεύω.

Μνημονευτέον, meminisse oportet. Ab eod.

Μνημονευτικός, ή, όν, memoria valens, memorandi facultata præditus. Ab aod.

Μνημονευτός, ή, όν, qui memoria tenetur. Ab eod.

Μνημονεύω, f. εύσω, memor sum, memoria teneo, memini 2) memoro, memoriæ prodo, mentionem facio. μνημονεύομαι, memoror, celebror. A μνήμων.

Μνημονικός, ή, όν, memoriosus, memoria valens, memor. 2) ad memoriam pertinens, memorabilis. Ab eod.

Μνημοσύνη, ης, ἡ, memoria. 2) revocatio rei in memoriam. 3) Mnemosyna, mater Musarum. Ab eod.

Μνημόσυνον, ου, τὸ, monumentum, quod rem in memoriam revocat, s. rei memoriam servat, memoriale, Gl. Vet. μνημόσυνα, monumenta, Gl. Vet. Ab eod.

Μνήμων, ονος, ὁ, ἡ, memor, qui recordatur. 2) bona memoria præditus, memoria valens, memoriosus, Philox. A μνάομαι.

Μνησιδωρεῦμαι, gratum me pro beneficiis præsto. E μνῆσις & δωρεῦμαι.

Μνησίθεος, ου, ὁ, ἡ, pius, dei memor. Diosc. dicit juniperum majorem a quibusdam sic vocari. Ex eod. & θεός.

Μνησικακέω, ῶ, f. ήσω, mali vel injuriæ acceptæ memor sum, succenseo, Gl. Vet. A μνησίκακος.

Μνησικακητικός, ή, όν, idem quod μνησίκακος.

Μνησικακία, ας, ἡ, injuriarum memoria. A seq.

Μνησίκακος, ου, ὁ, ἡ, injuriæ acceptæ memor, qui injuriæ oblivisci nequit.

Μνησικάκως, *Adv.* animo injuriarum memori, cum simultate ob veteres injurias. A pr.

Μνησιπήμων, ονος, ὁ, ἡ, recordatu tristis. E seq. & πῆμα, *damnum*, *clades*.

Μνῆσις, εως, ἡ, recordatio. A μνάομαι.

Μνησίτοκος, ἡ, memor partus, apith. fem. nou sterilis. E pr. & τίκτω.

Μνηστεία, ας, ἡ, petitio uxoris. 2) petitio, v. c. honorum, beneficii. A μνηστεύω.

Μνήστευμα, ατος, τὸ, idem & ab eod.

Μνηστευτικός, ή, όν, sponsalis, Gl. Vat. A seq.

Πάμφλεκτος, ου, ὁ, ἡ, omnia comburens, totus flammans. E π. & φλέγω.

Παμφόβερος, ου, ὁ, ἡ, q. d. totus, valde terribilis. Philox. παμφόβερον, torvum.

Πάμφορβος, ου, ὁ, ἡ, omnibus pabulum præbens. E π. & φορβή.

Πάμφορος, ου, ὁ, ἡ, omnia ferens, varia ferens, omnium ferax. E π. & φέρω.

Παμφύγδην, *Adv.* effusa fuga.

Παμφυλία, ας, ἡ, societas omnium gentium ac nationum. A seq.

Πάμφυλος, ου, ὁ, ἡ, omnis generis gentes habens, ex omni gentium genere mixtus. E π. & φυλὴ vel φῦλον.

Παμφυρτος, ου, ὁ, ἡ, ex omnibus mixtus, varius, omnis generis: *in partem deteriorem*. E π. & φύρομαι.

Πάμφωνος, ου, ὁ, ἡ, omnis generis voces reddens. E π. & φωνή.

Παμψηφεὶ, *Adv.* omnium calculis seu suffragiis. E π. & ψῆφος.

Πάμψυχος, ου, ὁ, omnibus animabus imperans, vel totus anima. Epith. Amphiarai apud inferos in Sophoclis Electra. E π. & ψυχή.

Πὰν, πανὸς, ὁ, Pan, pastorum deus. Philox. Πὰν ὁ δαίμων, incubus, Silvanus. Item, Πὰν, θεὸς ὑλαῖος, *deus silvester*, Silvanus, Faunus. Incubus, idem.

Πάναβρος, ου, ὁ, ἡ, mollis, delicatus.

Πανάγαθος, ου, ὁ, ἡ, optimus.

Πανάγηρως, ου, ὁ, ἡ, prorsus senii expers, immortalis.

Παναγὴς, έος, ὁ, ἡ, prorsus sanctus vel purus, plane castus, sanctissimus, purissimus, Hes. E π. & ἄγος.

Παναγία, ας, ἡ, purificatio. Plin. Ex iisd.

Πανάγιος, ία, ιον, sanctus vel purus.

Παναγὶς, ίδος, ἡ, dies sacra, Lex. Vulg. E π. & ἄγος.

Παναγιστία, ας, ἡ, purgatio.

Πάναγνος, ου, ὁ, ἡ, castissimus, purissimus.

Πανάγριος, ου, ὁ, ἡ, ferus, præferox.

Πάναγρον, ου, τὸ, rete, verriculum. E π. & ἄγρα.

Πάναγρος, ου, ὁ, ἡ, omnia trahens & capiens, retis Epith. ut πανάγρῳ δίκτυον. Ex iisd.

Πανάγρυπνος, ου, ὁ, ἡ, pervigil, insomnis.

Πανάεργής, έος, ὁ, ἡ, non confectus, prorsus incoctus & crudus, de cibo.

Πανάθεσμος, ου, ὁ, ἡ, injustus, sceleratissimus.

Παναθήναια, ων, τὰ, Panathenæa, sacrum Atheniensium, Philox. quinquatria.

Παναθηναϊκὸς, ὴ, ὸν, Panathenaicus. A pr.

Πανάθλιος, ία, ιον, valde miser, miserrimus.

Παναιγλήεις, ήεσσα, ῆεν, splendidissimus.

Πάναιθος, ου, ὁ, idem. Hesych. παναίθῃσι κορύθεσσι, galeis collucentibus, Dat. plur. fœm. pro παναίθαις. Ab αἴθω.

Παναίολος, ου, ὁ, ἡ, varius, variegatus.

Παναισχὴς, έος, ὁ, ἡ, turpissimus. E π. & αἶσχος.

Παναίσχιστος, idem.

Παναίτιος, ου, ὁ, ἡ, totius rei auctor, omnium caussa & auctor.

Πανάκαρπής, έος, ὁ, ἡ, plane sterilis. E π. & ἄκαρπος.

Πανάκεια, ας, ἡ, omnium morborum remedium. 2) herba quædam. A πανακής.

Πανάκειον, ου, τὸ, panacea, *herba*. Ab eod.

Πανάκη, ης, ἡ, idem, & filia Æsculapii, V. L. Ab eod.

Πανανάγκαστος, ου, ὁ, ἡ, minime fato obnoxius, immortalis.

Πανάκης, εος, ὁ, ἡ, vel πανακὴς, έος, omnia sanans, qui omnibus morbis medetur. Gl. V. πανακὴς, omnimorbus. E π. & ἀκέομαι.

Πανακίτης, ου, ὁ, e panacea herba confectus, ut πανακίτης οἶνος, panacites, vinum, e panace herba confectum. A πανάκη.

Πανακρὶς, ίδος, ἡ, apis Epith. q. omnia fastigia florum pervolitans & delibans. E π. & ἄκρα.

Πανάκτειος, ου, ὁ, ἡ, ad origanum pertinens. A seq.

Πάνακτος, ου, ἡ, origanum. Hes.

Παναλάστωρ, ορος, ὁ, homo perniciosissimus: dæmon infestus.

Παναληθὴς, έος, ὁ, ἡ, verissimus.

Παναληθῶς, *Adv.* verissime. A pr.

Παναλίγκιος, ου, ὁ, ἡ, simillimus.

Παναλκὴς, έος, ὁ, ἡ, omnipotens, robustissimus. E π. & ἀλκή.

Παναλουργὴς, ὲς, purpureus, totus purpureus.

Πανάλωτος, ου, ὁ, ἡ, omnia consumens, perniciosissimus. E π. & ἀναλίσκω.

Παναμείλικτος, ου, ὁ, ἡ, torvus, severus.

Παναμείλικτος, ου, ὁ, ἡ, immitissimus.

Παναμείλιχος, ου, ὁ, ἡ, idem.

Πανάμερος, ον, *Dor.* pro πανήμερος. Soph.

Παναμώμητος, ου, ὁ, ἡ, omni culpa & reprehensione vacans.

Πανάνθρωπος, ου, ὁ, ἡ, ad omnes homines pertinens. ἡ ἐκ νεκρῶν πανάνθρωπος ἀνάστασις, (id est πάντων ἀνθρώπων.) omnium reditus in vitam.

Πάναξ, ακος, panacea herba. Philox. πάναξ, Chironeus.

Πανάνυτος, ου, ὁ, ἡ, facilis confectu. 2) omnia conficiens. E π. & ἀνύω.

Πανἀοίδιμος, ου, ὁ, ἡ, decantatus, celeberrimus.

Πανάπαλος, ου, ὁ, ἡ, tenerrimus, mollissimus.

Πανάπαστος, ου, ὁ, ἡ, qui nil gustavit, jejunus plane.

Πανἀπείρατος, ου, ὁ, ἡ, immensus.

Πανἀπείρων, ονος, ὁ, ἡ, idem, aut fine carens. Suic.

Πανἀπενθὴς, έος, ὁ, ἡ, propr. luctu prorsus carens. Exp. vero valde dolens: ut α non sit privat. sed intens. (nisi vitiosa ea est scriptio, pro vera παμπενθὴς, aut πανυπενθὴς, aut de interpretatione certo constet.)

Πανἀπήμων, ονος, ὁ, ἡ, prorsus innocuus. 2) omnino innoxius.

Πανἀπηρὸς, ὸος, ὁ, ἡ, integer, non mutilatus.

Πανάποτμος, ου, ὁ, ἡ, infelicissimus, infortunatissimus.

Πανάπυστος, ου, ὁ, ἡ, de quo prorsus nihil cognosci potest fama aut auditione, de quo prorsus nihil auditur. 2) qui prorsus nihil audivit aut cognovit.

Πανάργυρος, ου, ὁ, ἡ, totus argenteus, e solido argento.

Πανάρετος, ου, ὁ, ἡ, omni virtutum genere ornatissimus. E π. & ἀρετή.

Πανάριστος, ου, ὁ, ἡ, præstantissimus.

Πανάρκετος, έτη, ετον, semper, sive ad omnia sufficiens.

Πανάρκης, έος, ὁ, ἡ, idem. 2) Epith. solis, omnia illustrantis. E π. & ἀρκέω.

Πανἀρμόνιος, ου, ὁ, ἡ, omnibus harmoniæ numeris constans, admodum concinnus, per omnes partes apte compositus & ordinatus. E π. & ἁρμονία.

Πανάρχαιος, ου, vetustissimus.

Πάναρχος, ου, ὁ, ἡ, potentissimus, omnibus imperans. E π. & ἀρχή.

Πανασθενὴς, έος, ὁ, ἡ, imbecillis, prorsus viribus fractus.

Πανασιτία, ἡ, summa annonæ inopia, fames ultima. Poll.

Πανασινὴς, έος, ὁ, ἡ, illæsus, salvus, incolumis. Hes.

Πανατρεκὴς, έος, ὁ, ἡ, verissimus.

Πανατρεκέως, πανατρεκέως, *Adv.* verissime, certissime. A pr.

Πανανγεια, ἡ, lux summa, universa, Philox. A seq.

Παναυγὴς, έος, ὁ, ἡ, valde splendidus. E π. & αὐγή.

Πανάϋπνος, ου, ὁ, ἡ, insomnis.

Πανάφηλιξ, ικος, ὁ, ἡ, carens æqualibus sociis. 2) effœtus, decrepitus senex.

Πανάφυκτος, ου, ὁ, ἡ, inevitabilis.

Παναχαιΐς, ΐδος, ἡ, ut παναχαιΐς γῆ, universa s. tota Achaja, tota Græcia.

Παναχαιοί, ῶν, οἱ, omnes Achivi, universi Græci.

Πανάωρος, ου, ὁ, ἡ, omnino intempestivus. 2) immatura morte mortuus. E π. & ἄωρος.

Πανάωρος, ου, ὁ, ἡ, neglectus, incustoditus, quem nulla dignamur cura.

Πανβδελυρός, ρὰ, ρὸν, prorsus flagitiosus, sceleratissimus. (v. παμβδ. ut rectius exaratur.)

Πανδαίδαλος, ου, ὁ, ἡ, valde artificiosus.

Πανδαισία, ας, ἡ, convivium opiparum ac lautum, mensa sumtuosa. E π. & δαίς.

Πανδακέτης, ου, ὁ, valde mordax. E π. & δάκνω.

Πανδάκρυτος, ου, ὁ, ἡ, valde lacrimabilis. 2) ad omnia lacrimans. E π. & δακρύω.

Πανδάλητος, ου, combustus; quasi a δαλέω, *comburo*. (nisi potius hæc interpretatio ad πανδάλητος pertinet. nam πανδάλητος est *Dor.* omnino corruptus, aut plane corrumpens. pro πανδήλητος.)

Πανδαμάτειρα, ἡ, omnium domitrix.

Πανδαμάτωρ, ορος, ὁ, omnia domans, subigens.

Πανδείλος, ου, ὁ, ἡ, timidissimus, misertimus.

Πάνδειμα, τος, τὸ, terriculamentum.

Πάνδεινος, ου, ὁ, ἡ, gravissimus.

Πανδέκτης, ου, ὁ, omnia continens, omnia recipiens. Hinc 2) πανδέκται, ῶν, libri omne jus continentes. 3) homines varia eruditione referti. E π. & δέχομαι.

Πανδελέτειος, ου, ὁ, ἡ, improbus, veteratorius, more Pandeleti, sycophantæ.

Πανδέκτωρ, ορος, ὁ, idem quod πανδέκτης & ab iisdem.

Πανδέξιος, ου, ὁ, ἡ, omnibus modis seu in omnibus dexter, dexterrimus.

Πανδερκέτης, ὁ, idem quod seq. & ex iisd.

Πανδερκὴς, έος, ὁ, ἡ, omnia videns s. intuens. E π. & δέρκομαι.

Πανδεχὴς, έος, ὁ, ἡ, omnia capiens, capacissimus. E π. & δέχομαι.

Πάνδηλος, ου, ὁ, ἡ, omnibus manifestus, manifestissimus.

Πανδημεὶ, *Adv.* cum toto populo, universi, catervatim. A πάνδημος.

Πανδῆμαρ, *Adv.* toto die. Apollon. Argon. pro πανῆμαρ & παντῆμαρ. (si lectio sana.)

Πανδημία, ας, ἡ, universus populus. 2) universi populi conventus. A πάνδημος.

Πανδήμιος, ου, ὁ, ἡ, publicus, qui per totum populum vagatur, universus. A seq.

Πάνδημος, ου, ὁ, ἡ, ad universum populum pertinens, publicus. 2) universus. 3) vulgaris, plebejus.

Πάνδια, ων, τὰ, Jovialia, sacrum Atheniensium in honorem Jovis. E π. & Διὸ, *Jovis*, a Ζεύς.

Πάνδικος, ου, ὁ, ἡ, justus, justissimus. E π. & δίκη.

Πανδίκως, *Adv.* juste. 2) rite. A pr.

Πανδοκεῖον, ου, τὸ, taberna deversoria, publicum deversorium. A seq.

Πανδοκεὺς, έως, ὁ, Gl. Vet. v. πανδοχεύς. E π. & δέκομαι, δέχομαι.

Πανδόκευσις, εως, ἡ, promiscua hospitum receptio. A πανδοκεύω.

Πανδοκεύτρια, ας, ἡ, mulier tabernaria, caupona. Ab eod.

Πανδοκεύω, promiscue hospitio excipio, quæstum in hospitio publico facio quoslibet excipiendo. A πανδοκεύς.

Πανδοκέω, ῶ, idem. E π. & δέκομαι vel δέχομαι.

Πανδοκία, ας, ἡ, promiscua omnium receptio. Ex iisd.

Πανδόκος, vel πανδοχος, ου, ὁ, ἡ, qui quemlibet hospitio excipit, hospes meritorius. 2) omnes capiens. Ex iisd.

Πάνδοξ, οκος, ὁ, idem. Hes. Ex iisd.

Πανδοξία, ας, ἡ, summa gloria. E π. & δόξα.

Πανδοῦλος, ου, ὁ, ἡ, omnium servus.

ΠΑΝΔΟΥΡΑ, s. πανδουρίς, ἡ, pandura, instrumentum musicum, triplici instructum chorda. 2) culter coquinarius.

Πανδουρίζω, panduram pulso. A pr.

Πανδουριστὴς, οῦ, ὁ, qui panduram pulsat. A pr.

Πανδουρομάχαιρα, ἡ, idem quod πανδοῦρα, n. 2.

Πάνδουρον, ου, τὸ, idem quod πανδοῦρα.

Πάνδουρος, ου, ὁ, qui panduram tractat. A pr.

Πανδοχεῖον, ου, τὸ, deversorium, stabulum, cauponium, Gl. V.

Πανδοχεὺς, έως, ὁ, qui quemlibet hospitio exci-

cipit, hospes meritorius, caupo, stabularius. E π. & δέχομαι.

Πανδοχεύω, cauponem ago. A pr.

Πανδοχὶς, ίδος, ἡ, luna a Platona dicitur, quod totius generationis negotium sustineat. Vet. Lex. A seq.

Πανδόχος, ο, ὁ, ἡ, qui quemlibet hospitio excipit. E π. & δέχομαι.

Πανδύναμος, ον, omnipotens, præpotens. E π. & δύναμις.

Πανδυσίη, ης, ἡ, plenissimus occasus, cum sidus prorsus occidit. 2) penitus occidens. 3) occasus. E π. & δύσις.

Πανδώρα, ας, ἡ, Pandora, virginis fabulis celebratæ nomen. 2) terra, quatenus omnis generis fructus profert. E π. & δῶρον.

Πάνδωρος, ου, ὁ, ἡ, omnia largiens. Ex iisd.

Πανδώτειρα, ἡ, omnium donatrix. Epith. terræ.

Πανεθνεὶ, *Adv.* cum tota gente. E π. & ἔθνος.

Πάνεια, ων, τὰ, sc. δείματα, Panici terrores. A Πὰν.

Πανεῖον, τὸ, affertur pro lupercalia. Vid. πανίον. Ab eod.

Πανείδεος, ο, ὁ, ἡ, omniformis. E π. & εἶδος.

Πανείκελος, α, ὁ, ἡ, simillimus.

Πανελεύθερος, ον, prorsus liber, liberrimus.

Πανέλληνες, ων, οἱ, omnes Græci, universum nomen græcum. Dat. pl. poet. πανελλήνεσσι.

Πανελλήνιον, α, τὸ, totius Græciæ conventus. A pr.

Πάνεμος, ο, ὁ, Panemus mensis primus apud Corinthios Julio nostro fere respondens.

Πανέξαλλον, omnino alienum, Hes. E πᾶν vel πάνυ & ἔξαλλος.

Πανέξοχος, α, ὁ, ἡ, excellentissimus, præstantissimus.

Πανεπάρκιος, ον, sufficiens ad omnia.

Πανεπίτρεμος, ο, ὁ, ἡ, densissimus.

Πανεπίκλοπος, ο, ὁ, ἡ, fallacissimus.

Πανεπίσκοπος, ο, ὁ, ἡ, omnium rerum inspector, omnia oculis suis lustrans.

Πανεπίφρων, ονος, ὁ, ἡ, admodum prudens.

Πανεπόπτης, ο, ὁ, omnia inspiciens.

Πανεργέτης, ο, ὁ, totius rei, (omnium malorum) auctor. E π. & ἔργον.

Πανέρημος, α, ὁ, ἡ, omnino desertus.

Πανέστιος, α, ὁ, ἡ, cum tota domo s. familia. E π. & ἑστία.

Πανέσχατος, ου, omnium ultimus.

Πανέτης, ες, per totum annum durans, agens. E π. & ἔτος.

Πανετήτυμος, α, ὁ, ἡ, verissimus.

Πανέτωλος, ον, improbissimus, inanissimus, vanissimus.

Πανευδαίμων, ονος, ὁ, ἡ, felicissimus.

Πανευέφοδος, ο, ὁ, ἡ, accessu facillimus.

Πανεύκηλος, ο, ὁ, ἡ, quietissimus.

Πανευτελὴς, ές, futilissimus.

Πανεύφημος, ο, ὁ, ἡ, eximia & præstanti laude prædicandus, omni laude dignus.

Πανεύφρων, ονος, ὁ, ἡ, pernox. Poll. E π. & εὐφρόνη, nox.

Πάνεφθος, ο, ὁ, ἡ, omni ex parte coctus, percoctus, seu liquefactus.

Πανέχθιστος, ου, maxime invisus.

Πανηγεμὼν, όνος, ὁ, omnium princeps.

Πανηγυριαρχέω, ῶ, me choragum præbeo. A seq.

Πανηγυριάρχης, ο, ὁ, dux ac princeps panegyricæ celebritatis. E πανήγυρις & ἀρχή.

Πανηγυρίζω, fut. ίσω, festam panegyrin agito, ludosve panegyricos celebro, publica celebritate ferior. 2) panegyrica oratione laudo, in celebri cœtu prædico. Gl. V. nundino. A πανήγυρις.

Πανηγυρικὸς, ἡ, ὸν, panegyricus, panegyri proprius vel conveniens. 2) festus, theatralis, pompaticus, splendidus. Gl. V. nundinarius. Ab eod.

Πανηγυρικῶς, *Adv.* panegyris modo, splendide. A pr.

Πανήγυρις, εως, ἡ, cœtus publicus, conventus, celebritas publica. 2) pompa, spectaculum, convivium publicum. Philox. nundinæ, mercatus. E π. & ἄγυρις, quoniam universus populus ad ejusmodi solennes, publicos ludos congregatur, & coit.

Πανηγυρισμὸς, ου, ὁ, celebritas panegyrica. 2) panegyrica pompa vel ostentatio. 3) publicus mercatus. A πανηγυρίζω.

Πανηγυριστὴς, ου, ὁ, panegyrin, ludos celebrans. Gl. Vet. nundinator. Ab eod.

Πανήλιος, ο, ὁ, ἡ, apricus, totus serenus & illustris, quem sol totum illustrat.

Πανημερδὸν, *Adv.* quotidie, tota die. E π. & ἡμέρα.

Πανῆμαρ, *Adv.* idem.

Πανημερεύω, totum diem consumo in re aliqua. A πανήμερος.

Πανημέριος, ία, ιον, perdius, per totum diem. Ab eod.

Πανημερὸν, πανήμερον, *Adv.* tota die. A seq.

Πανήμερος, ο, ὁ, qui aliquid per totum diem facit. E π. & ἡμέρα.

Πανήπορος, ον, pro πανάπορος, pauperrimus.

Πανήρης, εος, ὁ, ἡ, omnibus placens, omnibus commodus, Hesych. E π. & ἀρέσκω, vel ἄρω.

Πάνθειον, vel Πάνθεον, α, τὸ, Pantheum, Gl. Vet. πάνθεον, templum omnium deorum. E π. & θεός.

Πάνθειος, ον, augustissimus.

Πανθελγὴς, έος, ὁ & ἡ, omnes demulcens, omnes valde oblectans. E π. & θέλγω.

Πανθέλκτειρα, ἡ, quæ omnia permulcet. Ex iisdem.

Πάνθεψις, cacabus, Gl. Vet. (melius πανθέψης.)

Πάνθηρ, ηρος, ὁ, panthera.

Πανθηρία, ας, ἡ, universa captura.

Πάνθηρος, ο, ὁ, ἡ, omnes feras capiens, omnium ferarum capax. E π. & θήρ.

Πανθοινεὶ, *Adv.* in tota cœna, per universum epulum. 2) solenni epulo. A πάνθοινος.

Πανθοινέω, ῶ, f. ήσω, solenne epulum agito. 2) epulor. Ab eod.

Πανθοινία, ας, ἡ, cœna, ad quam omnes conveniunt, epulum solenne. Ab eod.

Πάνθοινος, α, ὁ, ἡ, Epith. cœnæ lautissimæ. E π. & θοίνη.

Πάνθρους, ο, ὁ, ἡ, omnia divulgans, nihil celans. Hesych.

Πανθυμαδὸν, *Adv.* toto animo, toto pectore. E π. & θυμός.

Πάνθυτος, α, ὁ, ἡ, sacratissimus, omni veneratione prosequendus. E π. & θύω.

Πανίερος, ο, ὁ, ἡ, sacrosanctus, sacer.

Πανιέρως, *Adv.* sanctissime. A pr.

Πανικὸς, ἡ, ὸν, Panicus, ut Panicus terror, repentinus & vehemens. A Πὰν, *Pan*.

Πανίλαος, ο, ὁ, ἡ, admodum propitius & clemens.

Πανίλαρος, α, ὁ, ἡ, omnino lætus & hilaris.

Πανίμερος, α, ὁ, ἡ, desiderabilis, gratissimus.

Πανίον, ο, τὸ, Lupercal, Gl. Vet. vide πανεῖον. A Πάν.

Πανίσκος, α, ὁ, parvulus Pan. Dim. a Πάν.

Πανίχνιον, α, τὸ, expressum vestigium.

Πανιώνιον, ου, τὸ, commune Jonum. 2) locus, ubi conveniebant omnes Jones, fanum in Jonia. Πανιώνια, ων, τὰ, Panionia, solennis universorum Jonum festivitas. E πᾶν & Ἰωνία.

Πανλάβητος, ου, ὁ, ἡ, valde contumeliosus. 2) admodum turpis & deformatus.

Πανέφελος, ον, valde nubilus. E π. & νεφέλη.

Πάννυχα, *Adv.* per totam noctem. A πάννυχος.

Παννυχίζω, f. ίσω, pernocto, totam noctem transigo. 2) pervigilium celebro. Philox. pervigilo, pernocto. Al. Gl. Vet. lucubro. Ab eod.

Παννυχικὸς, ἡ, ὸν, pernox, & inde ater. Ab eod.

Παννύχιον, *Adv.* per totam noctem. A seq.

Παννύχιος, ία, ιον, pernox, Gl. V. totam noctem durans. 2) per totam noctem aliquid faciens.

Παννυχὶς, ίδος, ἡ, sacrum quod per totam noctem celebratur, pervigilium. Philox. hoc excubitum, pervigilium, pervigilatio. παννυχίδες, excubiæ, pernoctatio, Gl. V. E π. & νύξ.

Παννυχισμὸς, ῦ, ὁ, pervigilium, pernoctatio, Philox. A παννυχίζω.

Παννυχιστὴς, ῦ, ὁ, excubitor, Gl. V. Ab eod.

Πάννυχον, *Adv.* per totam noctem. A seq.

Πάννυχος, ου, ὁ, ἡ, pernox, per totam noctem durans. 2) qui per totam noctem aliquid facit. E π. & νύξ.

Πάνξενος, ον, ad omnes hospites, peregrinos pertinens, omnibus paratus, promtus, patens.

Πανόδυρτος, ου, ὁ, ἡ, flebilis, lamentabilis, lugendus, miserabilis. 2) omnino flebili voce cantans.

Πανοΐζυρος, ου, ὁ, ἡ, valde ærumnosus vel calamitosus. E π. & ὀϊζύς.

Πανοϊζὺς, ὺ, idem, ab eod.

Πανοικησία, & πανοικεσία, ας, ἡ, tota domus, tota familia. πανοικησίᾳ & πανοικεσίᾳ, cum tota domo & familia, *sed scriptura posterior verior est*. Ab πᾶν & οἴκησις.

Πανοικὶ, *Adv.* cum tota domo, tota familia. A πάνοικος.

Πανοικία, ας, ἡ, tota domus, tota familia. πανοικίᾳ, & *Jon.* πανοικίῃ, cum tota domo & familia.

Πανοίκιος, α, ον, idem quod seq. A pr.

Πάνοικος, ου, ὁ, ἡ, cum tota domo s. familia.

Πανοικτίρμων, ονος, ὁ, ἡ, valde misericors.

Πανόλβιος, ου, ὁ, ἡ, beatissimus.

Πανωλεθρία, ας, ἡ, internecio, exitium. A seq.

Πανώλεθρος, ου, ὁ, ἡ, internecinus, Gl. Vet. A seq.

Πανώλεθος, ου, ὁ, ἡ, plane perditus.

Πανομιλεὶ, *Adv.* turmatim, catervatim, facto agmine. E π. & ὅμιλος.

Πανόμοιος & poet. πανομοΐϊος, ου, ὁ, ἡ, omni ex parte similis, persimilis.

Πανομοίως, *Adv.* simillime. A pr.

Πανομφαῖος, ου, ὁ, oraculorum auctor. Jovis Epith. E π. & ὀμφή.

Πανοπλία, ας, ἡ, armatura totum corpus tegens, universa armatura. Gl. V. armatura. A seq.

Πάνοπλος, ου, ὁ, ἡ, omni ex parte armatus. E π. & ὅπλον vel ὅπλα.

Πανόπτης, ου, ὁ, qui omnia cernit, qui oculis omnia lustrare potest. E π. & ὄπτομαι.

Πάνοπτος, ου, ὁ, ἡ, qui ab omnibus videtur.

Πανόπτρια, ας, ἡ, omnia videns. A πανόπτης.

Πανόρατος, ου, ὁ, ἡ, omnibus conspicuus.

Πανορμεὶ, vel πανορμὶ, *Adv.* omni impetu, totis viribus. E π. & ὁρμή.

Πάνορμος, ου, ὁ, ἡ, habens stationem omnibus navibus & semper aptam.

Παυὸς, ῦ, ὁ, panis. Vox Messapiorum. A παύω.

Πανὸς, ῦ, ὁ, lucerna, pro φανός.

Πανοσπρία, ας, ἡ, omnium leguminum mixtura. E π. & ὄσπριον.

Πανούργευμα, ατος, τὸ, vafrum factum, facinus nequam. A seq.

Πανουργεύομαι, f. εύσομαι, callide scelus admitto, callide ago. A πανοῦργος.

Πανουργέω, ῶ, f. ήσω, idem. Ab eod.

Πανούργημα, ατος, τὸ, vafrum factum. A pr.

Πανουργὶς, ίδος, ὁ, ἡ, idem quod πανοῦργος.

Πανουργία, ας, ἡ, calliditas, vafritia, astutia, præstigiæ, Gl. Vet. A πανοῦργος.

Πανουργικῶς, *Adv.* idem quod πανούργως.

Πανοῦργος, ου, ὁ, ἡ, callidus, vafer, versipellis, solers, veterator, sagax, Gl. Vet. E π. & ἔργον.

Πανούργως, *Adv.* callide, vafre, astute, dolose, fraudulenter, nequiter, Gl. V. Superl. πανουργοτάτως. A pr.

Πανόγδοος, ου, ὁ, ἡ, secundus, Hes.

Πανόψιος, ου, ὁ, ἡ, qui omnium oculis cernitur. 2) splendidus, fulgidus. E π. & ὄψις.

Πάνρυτος, ον, quaqua fluens, omnia circum vel perfluens.

Πανσαγία, ας, ἡ, apparatus armorum, cum quis omnibus armis instruitur. E π. & σάγος, σάγμα.

Πανσέληνος, ου, ἡ, sc. σελήνη, vel νὺξ, plena luna, Gl. V. πανσέληνον, plenilunium, Gl. Vet. E π. & σελήνη.

Πάνσεμνος, ου, ὁ, ἡ, valde venerandus, magnificus, gravis &c.

Πάνσεπτος, ου, ὁ, ἡ, omnino venerandus, augustissimus.

Πανσθενὴς, έος, ὁ, ἡ, robustissimus, omne superans, omnipotens. E π. & σθένος.

Πανσθενουργὸς φωτὸς, ου, ὁ, ἡ, omnipotens lucifer. E πανσθενουργὸς (πᾶν, σθένος, & ἔργον,) & φῶς.

Πανσθενῶς, *Adv.* robuste, potentissime. A πανσθενής.

Πάνσκοπος, ου, ὁ, ὁ, omnia speculans, omnia cernens.

Πανσμικρὸς, ου, ὁ, ἡ, valde parvus.

Πάνσοφος, ου, ὁ, ἡ, omnifaria sapientia & scientia præditus, sapientissimus.

Πανσόφως, *Adv.* sapientissime. A pr.

Πανσπερμεδὸν, *Adv.* omni genere seminum. E π. & σπέρμα.

Πανσπερμία, ας, ἡ, omnifaria seminum mixtio, semina omnis generis permixta. Ex iisd.

Πανστρατὶ, *Adv.* universo cum exercitu, omnibus copiis. E π. & στρατός.

Πανστρατιᾷ, & *Jon.* πανστρατιῇ, idem.

Πανσυδεὶ, & πανσυδὶ, *Adv.* omni impetu. 2) festinantissime. 3) cum toto exercitu. E π. & σεύω. A σεύω. v. πανσυδ.

Πανσυδίῃ, *Dat. adv.* idem & ex iisd. vel quasi a πανσυδία, *omnis impetus*.

Πάνσυρτος, ου, ὁ, ἡ, omnia trahens, seu in & cum quo omnia trahuntur. E π. & σύρω.

Πανσχήμος, ου, ὁ, ἡ, omniformis. E π. & σχῆμα.

Πανσωμεὶ, *Adv.* q. d. toto corpore, Suid. E π. & σῶμα.

Πάντα, *Adv.* utique, omnino, pro κατὰ πάντα, vel pro πάντως. v. πᾶς.

Πάντῃ, *Adv.* penitus, undique, ubique. A πᾶς. (v. πάντῃ est vetus dativus.)

Παντεθνὴς, ίδος, ὁ, ἡ, cujusque gentis. E πάντα & ἔθνος.

Πάνταθλος, ου, ὁ & ἡ, omnium certaminum peritus.

Παντιχῆ, *Adv.* pro παντιχῆ.

Παντάλας, ανος, ος, miserrimus, ut παντάλαινα κόμφα. E π. & τάλας.

Παντόμορφος, ον, omnes formas habens. E π. & μορφή.

Παντάναξ, ακτος, ὁ, omnium rex.

Παντάπασι, vel παντάπασιν, sequente vocali, *Adv.* omnino, prorsus, plane. A πᾶς.

Παντάρκης, εος, ὁ, ἡ, omnibus sufficiens. 2) omnes juvans. E π. & ἀρκέω.

Παντάρχας, *Dor.* pro παντάρχης, ου, ὁ, omnibus imperans, omnium dominus. *Dat.* τῷ παντάρχᾳ.

Παναρχία, ἡ, imperium in omnes. A seq.

Πάναρχος, ου, ὁ & ἡ, omnibus imperans, omnium dominus. E π. & ἀρχή.

Παντάσκιος, ου, ὁ, ἡ, omni carens umbra, nulla ex parte umbrosus, Hesych.

Πανταχῆ, *Adv.* ubique. 2) quoquo modo. A πᾶς.

Πανταχόθεν, *Adv.* undique, ex omnibus partibus. Ab eod.

Πανταχοῖ, *Adv.* idem quod sequens.

Πανταχόσε, *Adv.* quoquo versus. Ab eod.

Πανταχοῦ, *Adv.* ubique. 2) quovis, quemcumque in locum. Ab eod.

Παντέλεια, ας, ἡ, perfectio, s. perfectionis summa. A παντελής.

Παντέλειος, ου, ὁ, ἡ, integer & perfectus.

Παντελείως, *Adv.* perfecte. A pr.

Παντελέως, *Adv.* omnino, prorsus, plane. v. παντελῶς. A sq.

Παντελής, έος, ὁ, ἡ, perfectus, integer. 2) plenus, universus. E π. & τέλος.

Παντελῶς, *Adv.* omnino, prorsus. A pr.

Παντεπίσκοπος, ου, ὁ, ἡ, omnia inspiciens & lustrans.

Παντεπόπτης, ου, ὁ, omnia videns.

Παντεργέτης, ου, ὁ, rerum omnium opifex.

Παντερπής, έος, ὁ, ἡ, omnes oblectans. E π. & τέρπω.

Παντευχία, ας, ἡ, armatura tota, arma. E π. & τεῦχος.

Παντεφόρος, ου, ὁ, ἡ, omnia videns, omnia inspiciens.

Πάντεχνος, ου, ὁ, ἡ, plane artificiosus, omnimodas artes sciens. E π. & τέχνη.

Πάντῃ, *Adv.* ubique, undique, quoquo versus. 2) omnino, prorsus, penitus, Gl. V. ubique, usquequaque. (Est vetus dativus, pro quo nunc usurpator πάσῃ.)

Παντήκοος, ου, ὁ, ἡ, omnia audiens. E π. & ἀκούω.

Πανήμαρ, *Adv.* per totam diem. E π. & ἦμαρ.

Παντοτόκος, ου, ὁ, ἡ, omnia pariens. E π. & τίκτω.

Πάντιμος, ου, ὁ, ἡ, honoratissimus. Ex π. & τιμή.

Παντλάμων, Dor. pro παντλήμων, ονος, ὁ & ἡ, miserrimus & infelicissimus.

Παντοβίης, ὁ, omnia cogens sub suam ditionem, cui resisti non potest. Anthol. E π. & βία, *vis*.

Παντογένεθλος, ον, omnia gignens. E π. & γενέθλη.

Παντογήρως, ω, ὁ, ἡ, valde senex, unde etiam expon. aeternus. (Sed melior lectio est παναγήρως, plane nunquam senescens.) E π. & γῆρας.

Παντογόνος, ου, ὁ, ἡ, omnes generans aut procreans. E π. & γίνομαι.

Παντοδαής, έος, ὁ, ἡ, omniscius, qui omnia didicit. E π. & δαίω.

Παντοδαήτης, έος, ὁ, ἡ, idem quod sq.

Παντοδαπής, ὁ, ὁν, qui est ex omni solo & regione, omnifarius, omnigenus, omnis generis, varius, multiplex. E π. & δάπεδον.

Παντοδαπῶς, *Adv.* omnifariam, omnibus modis, vel omni modo, omnimode. A pr.

Παντοδίαιτος, ον, omnia comedens, absumens. E π. & δίαιτα.

Παντοδότειρα, ἡ, omnium bonorum donatrix. δοτήρ, δότειρα. v. παιδότειρα.

Παντοδύναμος, ου, ὁ, ἡ, omnipotens, Gloss. Vet. omnivalens. E π. & δύναμαι.

Παντοδυνάστης, ου, ὁ, omnipotens, Philox.

Παντοθαλής, ές, omni parte virens, florens, s. omnia virere ac florere faciens. E π. & θάλλω.

Πάντοθεν, *Adv.* undique. A πᾶς.

Πάντοθι, *Adv.* ubique. Ab eod.

Παντοῖος, οία, οῖον, omnigenus, omnimodus, varius, multiplex, Gl. V. omnifarius. Ab eod.

Παντοιότροπος, ου, ὁ, ἡ, qui est omnis modi.

Παντοιοτρόπως, omni modo. A pr.

Παντοίως, *Adv.* idem. A παντοῖος.

Παντοκράτειρα, ἡ, omnium domina. Epith. naturae. E π. & κρατέω.

Παντοκρατορία, ας, ἡ, omnipotentia, summa potentia. A παντοκράτωρ.

Παντοκρατορικός, ἡ, ὁν, ad omnipotentem deum, seu ad divinam potentiam pertinens. 2) ab omnipotente deo profectus. Ab eod.

Παντοκράτωρ, ορος, ὁ, omnipotens. E π. & κράτος.

Παντοκτίστης, ου, ὁ, omnium conditor.

Παντολάβος, ου, ὁ, ἡ, qui omnia accipit, qui ab omnibus accepit. E π. & λαμβάνω.

Παντολέτωρ, ορος, ὁ, exitium omnibus afferens, omnia perdens & labefactans. E π. & ὄλλυμι.

Παντολέτειρα, ἡ, quae omnia perdit.

Παντολιγοχρόνιος, ου, ὁ, ἡ, exiguo tempore circumscriptus, exiguum tempus durans.

Παντολμία, ας, ἡ, audacia projecta. A sq.

Πάντολμος, ου, ὁ, ἡ, omnia audens, audacissimus. E π. & τόλμα.

Παντομεταβόλος, ου, ὁ, dardanarius, Philox.

Παντομιγής, έος, ὁ, ἡ, ex omnibus mistus, miscellaneus. E π. & μίγνυμι.

Παντόμιμος, ου, ὁ, ὁ, omnium personarum imitator effictorque; omnis generis gestus exprimens. Philox. histrio.

Παντομισής, έος, ὁ, ἡ, omnibus invisus. E π. & μισέω.

Παντόμορφος, ου, ὁ, ἡ, omniformis, omnes formas habens, multifarius. E π. & μορφή.

Παντόμωρος, ου, ὁ, ἡ, stultissimus.

Παντονίκης, ὁ, omnium certaminum victor. E π. & νίκη.

Παντοπλανής, έος, ὁ, ἡ, omnivagus, Gloss. Vet. E π. & πλάνη.

Παντοπόνος, ου, ὁ, ἡ, ad omnia callidus.

Παντόπτας, Dor. pro παντόπτης, ου, ὁ, omnia cernens. παντόπτα, Dat. E π. & ὄπτομαι.

Παντοπωλέω, feruta, parvas variasque merces vendo.

Παντοπωλεῖον, ου, τό, locus, ubi omnis generis, & fere viles res veneunt. Gl. V. seplasium, popina. Ab eod.

Παντοπώλης, ου, ὁ, qui omnis generis res venales habet, praesertim minutas: est enim idem, qui & ῥωποπώλης dicitur. Philox. seplasiarius, dardanarius.

Παντοπωλία, ας, ἡ, omnis generis rerum minutarum viliumque venditio. A pr.

Παντόπωλις, ιδος, ἡ, fem. ejusdem.

Παντοραίστης, ου, ὁ, omnia vastans & corrumpens. E π. & ῥαίω.

Παντορέκτης, ου, ὁ, omnia efficiens. E π. & ῥέζω.

Πάντοσε, *Adv.* quoquoversus, in omnem partem. 2) undique. A πᾶς.

Παντότιμος, ον, gravissimus, honestissimus.

Παντοστικτος, ον, valde maculosus, veluti punctis distinctus.

Παντόμορφος, ου, ὁ, ἡ, varius, omnigenus. A πᾶν.

Πάντοτε, *Adv.* omni tempore, semper. Ab eodem.

Παντοτελὴς, έος, ὁ, ἡ, integer, perfectus. E π. & τέλος.

Παντοτεχνὴς, ὲς, artificiosissimus. E π. & τέχνη.

Παντοτινάκτης, ου, ὁ, omnia quatiens, movens. E π. & τινάσσω.

Παντοτόκος, ου, ὁ, ἡ, omniparens, Gl. V. E π. & τίκτω.

Παντότολμος, ου, ὁ, ἡ, idem quod πάντολμος.

Παντοτρόφος, ου, ὁ, ἡ, omnium nutritor & altor. Gl. V. omnipotens. E π. & τρέφω.

Παντουργικὸς, ἡ, ὸν, omnia efficiens. τὸ παντουργικὸν, *de deo*, vis efficiendi omnia. A sq.

Παντουργὸς, οῦ, ὁ, ἡ, qui omnia efficit, omnium conditor, in malam partem idem quod πανοῦργος. E π. & ἔργον.

Παντοφαγία, ας, ἡ, esus omnium rerum sine discrimine, etiam contra legem. it. voracitas. E π. & φάγος.

Παντοφυὴς, έος, ὁ, ἡ, omnia producens. 2) copiosus. 3) ingeniosus. E π. & φύω.

Παντόφυρτος, ου, ὁ, ἡ, undique coactus s. collectus, omnino confusus. E π. & φύρομαι.

Παντρόφος, idem quod παντοτρόφος.

Πάντως, *Adv.* omnino, omnibus modis, prorsus, ad summum. Philox. utique, nempe. Al. Gl. Vet. undiquaque. A πᾶς.

Πάνυ, *Adv.* omnino, prorsus, valde, admodum, magnopere. πάνυγε, prorsus, Gl. V. ὁ πάνυ, celeber ille, illustris ille. Ab eod.

Πανύκραιρος, ου, ὁ, ἡ, bene cornutus. E π. & κραῖρα.

Πανυπέροχος, ου, ὁ, ἡ, excellentissimus.

Πανυπέρτατος, άτη, ατον, supremus.

Πανυπέρφρων, ὁ, ἡ, valde arrogans, nimis insolens.

Πανύστατον, *Adv.* postremum. A sq.

Πανύστατος, άτη, ατον, postremus, ultimus.

Πανώδυνος, ου, ὁ, ἡ, dolorem gravem adferens, prorsus acerbus. E π. & ὀδύνη.

Πανωλεθρία, ας, ἡ, internecio, exitium, cum res prorsus perit. A sq.

Πανώλεθρος, ου, ὁ, ἡ, plane perditus. 2) prorsus exitialis & perniciosus. Ex π. & ὄλεθρος.

Πανωλέθρως, *Adv.* cum internecione. A pr.

Πανώλεια, πανωλία, ας, ἡ, pernicies. A sq.

Πανώλης, εος, ὁ, ἡ, qui prorsus periit. 2) perniciosus. E π. & ὄλλυμι.

Πανωπήης, omnibus conspicuus. fem. πανωπήεσσα, perspicua, in Epigr. E π. & ὤψ.

Πανώριος, ου, ὁ, ἡ, omni tempore proveniens. E π. & ὥρα.

Πάξ, Hesych. calceus indutu facilis, Plauto, baxea.

Πάομαι, possideo, adquiro. perf. πέπαμαι, πέπαται, acquisivit, possidet. inf. πεπᾶσθαι, parasse, possidere. aor. 1. m. πασάμενος. A πάω.

Πάομαι, aor. 1. πάσασθαι, gustare, vesci. ἐπάσαντο, 3. pl. aor. 1. ind. gustarunt. part. πασάμενος, pastus. Nisi potius est πατέομαι quod vid.

Παὸς, οῦ, ὁ, adfinis. Gl. Vet. *Dor.* pro πηός.

Παπαὶ, papæ, atat! παπαιάξ, idem & ab ipso. παπαιπαπαιάξ, *Interj. dolentis*.

Παππάζω, pappa dico, adblandior patri vocando pappam. Gloss. Vet. papare. A πάππας.

ΠΑΠΠΑΞ, vox imitans crepitum alvi. Aristoph.

ΠΑΠΠΑΣ, ου, ὁ, pater, pappa. Vox puerorum blandientium ad patrem.

Παππίας, ου, ὁ, paterculus. A pr.

Παππεπίπαππος, ου, ὁ, proavus.

Παππίδιον, ου, τὸ, idem quod παππίας, & ab eod.

Παππίζω, patrem appello, pappam voco. Ab eodem.

Παπποκτόνος, ὁ, avi occisor. E sq. & κτείνω.

Πάππος, ου, ὁ, avus. πάππος πρὸς πατρὸς, avus paternus. πάππος πρὸς μητρὸς, avus maternus. 2) lanugo carduorum, seu flos lanuginosus; item menti prima barba.

Παπποσπέρματα, τά, lanuginosa semina, seu quæ lanugine semen habent obductum.

Παπποφόνος, ου, ὁ, ἡ, avi interfector, vel interfectrix.

Παππώδης, ες, lanuginosus. A πάππος, n. 2.

Παππῷος, ῴα, ῷον, avitus. Ab eod.

Παπταίνω, circumspicio, oculis lustro, oculis vestigo, circumspectans quæro, specto vel respecto, oculis conversis intueor, Gl. Vet. respecto. aor. 1. part. παπτήνας, circumspectans.

Παπταλάω, circumspicio. Lycophr. A pr.

Πάπυρος, ου, ὁ, ἡ, papyrus, planta Ægyptiaca. 2) liber vel cortex papyri. 3) charta e papyri cortice confecta. Gl. Vet. papyrum, scirpus.

Παπυροφάγος, ὁ, papyrum edens, pro cibo utens. Epith. Ægyptiorum.

Παπυρώδης, ες, papyraceus. A πάπυρος.

Πὰρ, pro παρὰ, apoc. poet. ut Hom. πὰρ Διὸς, a Jove. πὰρ δέ οἱ, apud vero ipsum. πὰρ δύναμιν, præter aut ultra vires. πὰρ ποταμὸν, apud fluvium. Interdum pro πάρα, i. e. πάρεστι adest, ut πὰρ γὰρ ἀνὴρ, adest enim vir, præsto est.

Παρὰ, *Præpositio*. *Cum Genit.* a, ab; *cum Dat.* apud, juxta, penes; *cum Acc.* ad, inter, juxta, circa, apud, supra, præter, contra. *In Comp.* trans, præter, apud. Sæpe depravationem significat, & peccatum s. errorem.

Πάρα pro πάρεστι, adest, licet.

Παραβαίνω, transgredior, transcendo, Gl. Vet. prævaricor. item prætereo. *met.* violo, leges aut jusjurandum. Fut. παραβήσομαι, inf. παραβήσεσθαι, transgressurum, violaturum esse. a. 2. παρέβην, part. παραβὰς, transgressus. inf. παραβῆναι, violare, Phil. pass. παραβαίνεσθαι, violari, negligi. παραβαθεὶς, aor. 1. part. violatus. παραβεβάσθαι, inf. violatum esse.

Παράβακχος, ου, ὁ, ἡ, furens, debacchans.

Παραβαλλέταιρος, s. παραβαλλέταιρος, ου, ὁ, qui sodali amicove imponit, familiarium impostor. E sq. & ἑταῖρος.

Παραβάλλομαι, objicio, projicio. 2) adsimulo, confero, compono, comparo. 3) flecto, detorqueo, *ut oculos*. 4) depono apud aliquem. 5) accedo, adjungo me. 6) trajicio. Παραβάλλομαι, *in med.* depono aliquid apud aliquem. 2) decipio. 3) periculum grave per temeritatem adeo.

Παραβάπτισμα, ατος, τὸ, baptismus adulterinus.

Παραβαπτιστὴς, οῦ, ὁ, qui adulterino baptismo usus est, metaph. adulterinus, v. c. Stoicus, apud Arrian. qui ementito & evanido colore tinctus est. translatione a panno ducta. v. παράλουργ. & παραβαφής.

Παραβασιλεύω, regno seu regia potestate abutor, male regno.

Παράβασις, εως, ἡ, transgressio. 2) nomen criminis, prævaricatio. 3) pars comœdiæ veteris, cum chorus in scenam prodit: de cujus partibus v. Poll. IV, 112. & Schol. Arist. A παραβαίνω.

Παραβατέω, sum παραβάτης in curru. E π. & βατέω, quod idem est ac βαίνω.

Παραβάτης, ου, ὁ, violator legis. Gl. V. temera-

tor, prævaricator. 2) e curru pugnans. 3) dominus currus. A παραβαίνω.

Παραβατικὰ μελύδρια, versiculi, quibus parabasis comica constat. A pr.

Παραβατικῶς, *Adv.* contra legem. παραβαίνειν τοὺς νόμους, legem violare. A pr.

Παραβατός, ή, όν, quem transgredi possumus: violabilis. A παραβαίνω.

Παραβάτης, ής, idem quod παραβλὼψ. E π. & βάσις.

Παραβιάζομαι, f. άσομαι, vi detorqueo, urgeo, cogo, omnibus annitor (conor) viribus.

Παραβιάζομαι, ῶμαι, violenter urgeo, cogo.

Παραβιβάζω, f. άσω, aufero.

Παραβλάπτω, f. ψω, lædo, noceo.

Παραβλαστάνω, fut. ήσω, a radice germino, circumpullulo.

Παραβλάστη, ης, ἡ, ramulus, stolo. A pr.

Παραβλάστημα, ατος, τὸ, quod circum pullulat & renascitur. Ab eod.

Παραβλάστησις, εως, ἡ, germinatio circa veniens. Ab eod.

Παραβλαστικός, ή, όν, qui adnascitur & circum pullulat. Ab eod.

Παράβλεμμα, ατος, τὸ, adspectus obliquus, qualis est strabonum. A sq.

Παραβλέπω, f. ψω, limis adspicio, obliquis oculis adspicio. Gl. Vet. aliter video, hallucinor.

Παράβλεψις, εως, ἡ, idem quod παράβλεμμα.

Παραβλήδην, *Adv.* per comparationem, parabolice. 2) simulate, dolose, oblique. 3) situ parallelo. A παραβάλλω.

Παράβλημα, ατος, τὸ, quod datur, objicitur animantibus comedendum, pabulum. Ab eod.

Παραβλητικός, ή, όν, quod adjicitur, vel adjici potest. 2) comparabilis. Ab eod.

Παράβλητος, ου, ὁ, ἡ, idem & ab eod.

Παραβλύζω, f. ύσω, scaturiginis modo refundo & rejicio, evomo.

Παραβλὼψ, ῶπος, ὁ, ἡ, strabus, strabo, limis oculis adspiciens. A παραβλέπω.

Παραβοάω, ῶ, acclamo.

Παραβοήθεια, ας, ἡ, suppetiæ, auxilia.

Παραβοηθέω, ῶ, f. ήσω, suppetias fero. Gl. V. adminiculor.

Παραβολάδην, vide παραβλήδην.

Παραβολεύομαι. inf. aor. 1. παραβολεύσασθαι, periculo se exponere, pericula adire. Philox. A παράβολος.

Παραβολὴ, ῆς, ἡ, parabola, similitudo. Philox. 2) concursus exercituum, prælium.

Παραβολικός, ή, όν, comparativus. A pr.

Παραβολικῶς, *Adv.* comparative. A pr.

Παράβολος, ου, ὁ, ἡ, audax, temerarius, in pericula ruens. 2) periculosus, anceps. 3) falsus, adulterinus. 4) limus, Gl. Vet. A παραβάλλω.

Παραβόλως, *Adv.* temere, Philox. audacter, cum summo periculo: *inde* præter opinionem, *ubi quis summum periculum evasit*, mirabiliter; item acerrime, fortissime.

Παραβόρειος, ου, ὁ, ἡ, qui transverso borea perflatur, qui a latere aut in orbem perflatur a borea. E παρὰ & βορέας.

Παραβουλεύομαι, f. εύσομαι, perperam, male consulo.

Παραβραβεύω, in brabeo conferendo aliquem prætereo, injuste brabeum tribuo s. adjudico: *Unde* male, contra jus judico; quod alteri debetur, per fraudem adimo. *item* ignominia afficio.

Παραβραχὺ, *Adv.* paullo minus, prope.

Παράβυσμα, ατος, τὸ, quod infercitur s. inculcatur. A παραβύω.

Παράβυστος, ου, ὁ, ἡ, intrusus. 2) occultus, latens. Ab eod.

Παραβύω, f. ύσω, inculco, infercio, intrudo. παραβυσθείς, aor. 1. pass. part. intrusus.

Παραβώμιος, ου, ὁ, ἡ, qui apud aram est, a latere aræ. E π. & βωμός.

Παραγγελεὺς, έως, ὁ, denunciator, Gl. Vet. A παραγγέλλω.

Παραγγελία, ας, ἡ, præceptum, mandatum, imperium. 2) ambitio, petitio magistratus cum prensatione. Philox. denunciatio, condictio, interdictio. Ab eod.

Παραγγέλλω, denuncio, edico, præcipio, nuncio, Gloss. Vet. moneo. 2) invito, Gloss. Vet. 3) veto, interdico, Gloss. Vet. παρήγγειλα, denunciavi. Phil. παραγγέλλεται, interdicitur. Philox. παραγγελλόμενα, imperata. παραγγελθὲν, indictum. Gl. Vet.

Παράγγελμα, ατος, τὸ, præceptum, Gl. Vet. 2) interdictum, Gl. Vet. A pr.

Παραγγελματικός, ή, όν, præceptivus, denunciativus. 2) hortatorius. A pr.

Παραγγελματικῶς, *Adv.* denunciando, præcipiendo, adhortando. A pr.

Παράγγελσις, εως, ἡ, præceptum, mandatum. 2) præceptio, cohortatio. A παραγγέλλω.

Παραγγελτικός, ή, όν, qui præcipit, s. prohibet, hortatur, ut sermo.

Παραγένεσις, εως, ἡ, adventus. A παραγίγνομαι.

Παραγεύω, gustum præbeo. *In med.* leviter, parum, cum fastidio degusto: unde leviter cognosco aliquid, leviter delibo.

Παραγήραμα, ατος, τὸ, silicernium, delirus, Gl. Vet.

Παραγηράω, ῶ, delito præ senectute.

Παραγίγνομαι, advenio, advento, accedo, pergo, intersum, Gl. Vet. aor. 2. παρεγενόμην, adveni.

Παραγινώσκω, præter jus & æquum statuo, perperam statuo. 2) prælego, recito sc. testimonii firmandi caussa, ut leges, tabulas in judicio, in caussæ actione. (Si lectio apud Polybium bene habet.)

Παραγκαλίζομαι, in ulnis gesto, ulnis amplector.

Παραγκάλισμα, ατος, τὸ, res, quam amplexamur. 2) amplexus. A pr.

Παραγκιστρόω, hamum addo. παρηγκιστρωμένος, perf. pass. hamatus.

Παραγκωνίζομαι, f. ίσομαι, proprie, cubito repello, submoveo, obvios vel admotos protrudo. 2) vi submoveo.

Παραγκωνιστής, οῦ, ὁ, qui obvios cubito repellit.

Παραγλύφω, aliter sculpendo muto, adultero.

Παραγναθίδιον, ου, τὸ, ornamentum, quod appenditur maxillis equorum. A sq.

Παραγναθὶς, ίδος, ἡ, mala, maxilla. Philox. bucula. E π. & γνάθος.

Παραγνάμπτω, f. ψω, deflecto. παρέγναμψεν, aor. 1. flexit.

Παραγόνατον, ου, τὸ, internodium.

Παράγραμμα, ατος, τὸ, quod adscribitur ultra folium & justum. 2) scripturæ depravatio. 3) q. d. allitteratio, cum littera pro littera substituitur.

Παραγραμματίζω, paragrammate seu allitteratione utor, verbum mutata littera scribo & fere in deterius, ut in παρονομασία. A pr.

Παραγραμματισμός, οῦ, ὁ, scripturæ inversio, q. d. allitteratio, quum littera pro alia ponitur. A pr.

Παραγραφὴ, ῆς, ἡ, adscriptio & annotatio in margine,

gine, scholium & annotationis signum in margine adscriptum. 2) præscriptio, Gl. Vet. 3) verbum juris, cum negamus alicui actionem, quam intendit, dandam esse. 4) sublatio, v. c. scripti male. v. παραγράφω.

Παράγραφος, ου, ὁ, lineola in margine scripta, v. c. comœdiæ. Vox Gramm. Philox. præductal. A sq.

Παραγράφω, f. ψω, adscribo, juxta scribo. 2) perperam scribo. 3) circumscribo, sc. ut tollatur e libro &c. unde tollo, de leg. 4) exceptione actionis non recte institutæ submoveo; hinc induco & abrogo, Gl. V. tollo, libero, præscribo, præduco. & παραγράφομαι, præscribo. Gl. Vet.

Παραγράψιμος, ον, rejiciendus, repudiandus. A pr.

Παράγυμνος, ος, ὁ, ἡ, fere nudus.

Παραγυμνόω, ῶ, f. ώσω, idem quod simplex, patefacio.

Παραγύμνωσις, εως, ἡ, nudatio. A pr.

Παραγύρως, *Adv.* prope circulum, ut radat vel ambientem vel inclusum.

Παράγω, f. ξω, produco, profero, deduco, traduco. 2) promoveo, f. proveho. 3) disputando, dolosa, it. blanda oratione capio vel fallo. 4) perverto, everto. 5) transeo. 6) nautæ dicuntur παράγειν, cum non recta, sed per ambages navigant, cedentes ventis. 7) produco in concionem. pass. prodire in concionem. part. pass. perf. παρηγμένον, παρηγμένα, derivata, Phil. E π. & ἄγω.

Παραγωγή, ῆς, ἡ, productio, adductio. 2) deductio, derivatio. Vox Gramm. 3) fraus, noxa. 4) fortuna fecunda, honores, dignitas. 5) Gl. V. diductio, traductio. A pr.

Παραγωγιάζω, vectigal, portorium exigo. A seq.

Παραγώγιον, ου, τό, vectigal, portorium. A παραγωγή.

Παραγωγός, ὁ, ἡ, ὁ, qui ducit aliquid ab altero. 2) deductus ab alio vocabulo. A παράγω.

Παραγώγως, *Adv.* deducendo, ut alterum vocab. ex altero oriatur & compositum fit. 2) producte, addita ad verbum syllaba. A pr.

Παραγωνίζειν, angulosum esse, angulum efficere, ad anguli figuram accedere. E π. & γωνία.

Παραδακρύω, f. ύσω, illacrimor.

Παραδαρθάνω, juxta dormio. inf. aor. 2. παραδαρθεῖν.

Παράδειγμα, ατος, τό, exemplar, exemplum. 2) documentum, argumentum. A παραδείκνυμι.

Παραδειγματίζω, f. ίσω, publicæ ignominiæ expono. 2) in triumpho duco. A pr.

Παραδειγματικός, ἡ, όν, exemplaris, exemplis constans, exemplum præbens, exempli vim habens. Ab eod.

Παραδειγματικῶς, *Adv.* exemplis, pro exemplo. A pr.

Παραδειγματισμός, ῦ, ὁ, traductio, cum quis contumeliæ causa ducitur per ora hominum; pœna ignominiosa, publica ignominia. A παραδειγματίζω.

Παραδειγματιστής, οῦ, ὁ, ἡ, exempla. A παράδειγμα.

Παραδείκνυμι vel παραδεικνύω, q. d. juxta ostendo, *unde*, comparo. 2) ostendo, profero, indico. 3) adsigno seu attribuo, *efficio*.

Παραδειπνέω, ῶ, inmodice cœno, vel misere cœno. *In med.* f. *pass.* cœnam perdo negligentia.

Παραδειπνίς, ίδος, ἡ, avide comedens, de parasita. E π. & δεῖπνον.

ΠΑΡΑ'ΔΕΙΣΟΣ, ου, ὁ, hortus, viridarium, Philox. pomarium, pometum. Vox Persica. 2) N. T. cœlum, sedes dei & beatorum.

Παραδέκτης, ου, ὁ, ἡ, qui admittitur, vel admitti potest, aut debet. A sq.

Παραδέχομαι, excipio, admitto, accipio, recipio, suscipio, acceptum fero. παρεδέξατο, aor. 1. accepto tulit, Philox. pass. παραδεχθείς, receptus, Gl. Vet.

Παραδηλόω, ῶ, f. ώσω, præ me fero, significo, declaro.

Παραδήλωσις, ἡ, expositio. Vox Rhet. A pr.

Παραδιαζεύγνυμι, vitiose & perperam disjungo.

Παραδιαζευκτικός, ἡ, όν, disjunctivus. A pr.

Παραδιακονέω, administro, inservio.

Παραδιαστέλλω, disjungo, separo.

Παραδιαστολή, ῆς, ἡ, disjunctio, separatio, distinctio. 2) nomen figuræ oratoriæ, qua similia discernuntur. A pr.

Παραδιατριβή, ῆς, ἡ, præposterum studium, exercitatio & litigium, in quibus tempus præpostere teritur. 2) inanis disputatio.

Παραδίδωμι, trado. 2) dedo alicui in potestatem. 3) relinquo liberis, posteris. 4) *dicitur* & de accusatore.

Παραδιηγέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, obiter narro & expono.

Παραδιήγημα, τος, τό, narratio in transitu, aut in parenthesi addita: item explicatio & definitio, v. c. loci, ponderis &c.

Παραδιήγησις, εως, ἡ, idem.

Παραδιοικέω, ῶ, perperam seu male administro.

Παραδιόρθωσις, εως, ἡ, correctio mala, cum verum pervertitur, aut malum in pejus mutatur.

Παραδιώκω, pone sequor.

Παραδογματίζω, fut. ίσω, male decerno, Polyb. f. lectio sana. E π. & δόγμα.

Παραδολεσχέω, ῶ, deblatero, garrio. E π. & ἀδολεσχία.

Παραδοξάζω, f. άσω, honore privo, infamo. 2) *contr. sensu*, valde honoro, illustro, mirabile reddo. 3) falsam opinionem concipio, f. teneo.

Παραδοξία, ἡ, admiratio ex insolentia. A παράδοξος.

Παραδοξολογέω, ῶ, f. ήσω, paradoxa loquor, incredibilia dico, præter seu contra omnium opinionem. A παραδοξολόγος.

Παραδοξολογία, ας, ἡ, oratio paradoxa, qua mirabilia & incredibilia narrantur. Ab eod.

Παραδοξολόγος, ου, ὁ, qui paradoxa f. incredibilia dicit. E παράδοξος & λέγω.

Παραδοξοποιέω, ῶ, f. ήσω, paradoxas res f. mirabilia facio.

Παραδοξοποιΐα, ας, ἡ, factum paradoxum, miraculum. A sq.

Παραδοξοποιός, ῦ, ὁ, ἡ, qui facit inopinata, incredibilia. E sq. & ποιέω.

Παράδοξος, ου, ὁ, ἡ, qui est præter seu contra omnium opinionem, inopinatus, inexspectatus, admirabilis, incredibilis. Philox. mirus, excellens. παράδοξον, mirabile, admirabile. E π. & δόξα.

Παραδοξότατα, præter omnium opinionem, mirabiliter. A pr.

Παραδόξως, *Adv.* præter opinionem, incredibiliter. Gl. V. mirabiliter. Ab eod.

Παραδόσιμος, ου, ὁ, ἡ, qui velut per manus traditur, hereditate a majoribus acceptus. 2) qui memoriæ traditur. 3) qui doceri potest, vel docetur. A seq.

Παράδοσις, εως, ἡ, deditio, traditio. 2) doctrina, quæ ore vel litteris traditur, institutum, constitutio, præceptio. 3) Gl. Vet. traditio, mancipatio. 4) quod a majoribus institutum, traditum, relictum est. A παραδίδωμι.

Παραδοτέος, έα, έον, tradendus. Ab eod.

Παρα-

Παραδοχή, ῆς, ἡ, receptio, susceptio, receptaculum. 2) gratia, assensus, ap. Polyb. 3) studium alicujus rei. A παραδέχομαι.

Παραδραθεῖν, juxta dormire, ap. Hom. & παρέδραθεν, juxta dormivit, pro παρεδάρθεν & παρέδαρθεν, aor. 1. a δαρθάνω.

Παραδράω, admioistro. *contr.* παραδρῶ, Hom. παραδρώωσι.

Παραδρομάδην, *Adv.* in transcursu, obiter. A sq.

Παραδρομή, ῆς, ἡ, cursus, quo alicui a latere currimus. 2) transcursus, seu cursus, qui fit prætereundo.

Παράδρομος, ου, ὁ, ἡ, qui potest præteriri. τὰ παράδρομα, *Subst.* intervalla inter retia in venatione posita, per quæ transitus pateat. A παρατρέχω.

Παραδυναστεύω, simul regno, habeo potestatem.

Παραδύνω, idem quod παραδύω.

Παράδυσις, εως, ἡ, insinuatio, obreptio, irreptio, ap. Demosth. si lectio sana. A seq.

Παραδύω, f. ύσω, irrepo, obrepo, arrepo, introeo, insinuo.

Παραδωσείω, q. d. traditurio, dedere seu tradere cupio. A παραδίδωμι.

Παραείδω, accino. E π. & ἀείδω.

Παραείρω, attollo, effero. 2) detraho, abstraho. Æschyl.

Παραερέθομαι, aut παρηερέθομαι, attollor, suspendor. παρηέρθη, aor. 1. pependit, apud Hom. E π. & ἀερέθω.

Παραζάω, ῶ, vita abutor, nimis fruor, male vivo. 2) superstes sum. inf. παραζῆν. v. περιζ.

Παραζεύγνυμι, f. ζεύξω, juxta jungo, adjungo, conjungo.

Παραζηλόω, ῶ, f. ώσω, æmulatione adficio & excito, ad æmulationem provoco, invidentia & zelotypia exstimulo. 2) iram provoco.

Παραζητέω, quæro, indago.

Παράζυξ, υγος, ὁ, ἡ, pl. παράζυγες, qui adjunguntur multitudini civitatis, ignobiles & proletarii, ac veluti supernumerarii. A παραζεύγνυμι.

Παραζώνη, ης, ἡ, baltheus, s. culter, ensis pendens e baltheo.

Παραζωνίδιον, ου, τὸ, cingulum cum ense. 2) ensis, quo accingimur. Dim. pr.

Παραζώνιον, ου, τὸ, pugio, Philox. cinctorium, Philox. Ab eod.

Παραζώνιος, ου, ὁ, ἡ, ut παραζώνιος μάχαιρα, sica, Gl. V. Ab eod.

Παραζωννύω, vel παραζώννυμι, f. ζώσω, accingo.

Παραζωστρίς, ίδος, ἡ, parvus gladius, pugio. A pr.

Παραθαλασσίδιος & παραθαλαττίδιος, ου, ὁ, maritimus. E π. & θάλασσα.

Παραθαλάσσιος, & -άττιος, ία, ιον, maritimus. Ex iisd.

Παραθάλπω, f. ψω, calefacio, foveo.

Παραθαῤῥύνω, fiduciam addo, confirmo.

Παραθαρσύνω, idem.

Παραθεάομαι, altrinsecus spectando comparo.

Παραθέλγω, f. ξω, permulceo.

Παράθεμα, ατος, τὸ, repositorium, Gl. V. pluteum, pluteus, Philox. ferculum. E π. & τίθημι.

Παραθερίζω, f. ίσω, demeto, amputo.

Παραθερμαίνω, calefacio, foveo.

Παράθερμος, ου, ὁ, ἡ, præfervidus. 2) in agendo præceps, & hinc indecore aliquid faciens.

Παράθεσις, εως, ἡ, appositio, conjunctio. 2) ferculum, id ipsum, quod apponitur, item præbetur, v. c. exercitui. 3) depositio seu repositio. 4) commentatio. 5) compositio, comparatio, collatio. ἐκ παραθέσεως, e contrario, per comparationem. 6) apparatus, pecunia reposita, thesauri apud Polyb. copia rerum. 7) præsentia auxiliandi caussa s. auxilium ipsum, ibid. 8) citatio s. commemoratio locorum e scriptoribus aliis. 9) præceptio, præceptum, ut παράδοσις. A παρατίθημι.

Παραθέτης, ου, ὁ, structor, qui dapes apponit, Philox. Ab eod.

Παραθετικός, ή, όν, commendatitius. Ab eod.

Παραθέω, f. θεύσομαι, accurro. 2) adsequor. 3) prætercurro. 4) juxta aliquem curro. 5) leviter vel non attingo.

Παραθεωρέω, ῶ, f. ήσω, juxta specto, seu contemplor. 2) unum alteri admotum contemplor. 3) comparo. 4) despicio, adspernor.

Παραθήγω, f. ξω, acuo, exacuo, instigo, incito.

Παραθήκη, ης, ἡ, res reposita & recondita. 2) res apud aliquem deposita, depositum. 3) additamentum, appendix. A παρατίθημι.

Παράθηξις, εως, ἡ, incitatio, iostigatio. A παραθήγω.

Παραθίγω, f. ξω, attingo.

Παραθλίβω, f. ψω, premo, comprimo, collido.

Παράθρανος, ὁ, in navi via præter θρανίτας ferens. Pollux. E π. & θρᾶνος.

Παραθρασύνω, animum addo, confirmo animum.

Παράθραυσμα, τὸ, fragmentum. A seq.

Παραθραύω, confringo. 2) *in pass.* miser & fractis viribus sum. Suid.

Παραθριγκίζω, lorico, obsepio. A θριγκός.

Παραθρίζω, demeto, amputo.

Παραθρυλλέω, decanto. παραθρυλλούμενα, decantata, vulgata.

Παραθρώσκω, adsilio, juxta curro, *met.* adjaceo, vicinus sum.

Παραθυμιάω, adoleo, suffio.

Παραθύρα, ας, ἡ, posticum, Gl. V.

Παραθύριον, ου, τὸ, idem. A pr.

Παράθυρον, ου, τὸ, quod est ad januam, vel ipsum ostium. E π. & θύρα.

Παραί, *Præp. Poet. cum Genit.* a *vel* ab; *cum Dat.* ad, apud; *cum Accus.* juxta, ad, apud. A παρά.

Παραιβάτας, ὁ, violator legis. A pr. & βαίνω.

Παραιβασία, ας, ἡ, transgressio, delictum. A παραίβασις.

Παραιβάτης, ου, ὁ, qui præter aurigam currum conscendit & una ex eo pugnat: curulis pugnator. A παραβαίνω.

Παραιβάτις, ιδος, ἡ, curulis pugnatrix. Apud Theocr. operaria, mercenaria. A pr.

Παραίβατος, ου, ὁ, ἡ, digressus. A παρεκβαίνω.

Παραίβολος, ου, ὁ, ἡ, mutuus, q. d. vicissim jaculans. A παραβάλλω.

Παραιγιαλίτης, ου, ὁ, litoreus, in litore habitans. E π. & αἰγιαλίτης.

Παραιγιαλῖτις, ιδος, ἡ, fem. a pr.

Παραιγίαλος, ον, litoralis.

Παραιθύσσω, inceodo, excito, concito, moveo, prorumpo. E παρά & αἰθύσσω.

Παραίνεσις, εως, ἡ, adhortatio, admonitio, monitio. 2) consolatio. A παραινέω.

Παραινετέον, præcipiendum, Philox. Ab eod.

Παραινετήρ, ῆρος, & παραινέτης, ου, ὁ, adhortator, suasor, admonitor. Ab eod.

Παραινετικός, ή, όν, suasorius, monitorius. A pr.

Παραινετικῶς, exhortando. A pr.

Παραινέω, ῶ, f. έσω, suadeo, hortor, admoneo, præcipio.

Παραινίττομαι, leviter declaro & per ænigma, tacite & obscure innuo. aor. 1. παρῃνιξάμην.

Παραίνυμαι, aufero. E παρά & αἴνυμαι.

Πα-

Παραιολίζω, idem quod simplex αἰολ. s. variegandi caussa addo.

Παραίσαγμα, τος, τὸ, delirium, amentia.

Παραίρεσις, εως, ἡ, detractio, diminutio. A seq.

Παραιρέω, ῶ, detraho, destruo, diruo, aufero. παρεῖλε, diruit, detraxit. παραιρέομαι, οῦμαι, aufero, adimo. aor. 2. παρειλόμην, παρείλοντο, ademerunt. inf. παρελέσθαι. part. παρελόμενος.

Παραίρημα, ατος, τὸ, quod adimitur aut detrahitur, v. c. vesti, ut limbus, v. πάραμμα, recisio. A praec.

Παραισθάνομαι, in sensu fallor. 2) sentio, percipio.

Παραίσιος, α, ὁ, ἡ, & παραίσιμος, Hes. infaustus, inauspicatus, dirus.

Παραΐσσω, praetereo, transeo. 2) proripio me. 3) impetu transeo.

Παραιτέομαι, οῦμαι, recuso, detrecto, evito, deprecor, Gl. V. item. 2) precor, rogo. 3) excuso. aor. 1. παρῃτησάμην, παρῃτήσαντο, recusarunt, Philox. pass. aor. 1. part. παραιτηθεὶς, rogatus. perf. παρῃτημένος, excusatus. 3) deprecatione a poena libero, vel liberare studeo. 4) submoveo. Ex αἰτέω.

Παραίτησις, εως, ἡ, deprecatio, recusatio, excusatio, Philox. 2) vehemens precatio. A pr.

Παραιτητέον, *Adv. pos.* fugiendum, deprecandum est. Ab eod.

Παραιτητὴς, οῦ, ὁ, deprecator. Ab eod.

Παραιτητικὸς, ἡ, ὸν, deprecatorius, ad deprecandum aptus. A pr.

Παραιτητὸς, ὴ, ὸν, exorabilis. A παραιτέομαι.

Παραίτιος, α, ὁ, ἡ, qui ex parte in caussa est. 2) qui in caussa est, auctor. Gl. V. obnoxius. τὸ παραίτιον, caussa, in malam partem.

Παραιφάμενος, παραιφαμένη, suadens, admonens. A παράφημι.

Παραιφασία, ας, ἡ, admonitio, consilium, adhortatio. occurrit pl. dat. παραιφασίῃσι, monitionibus, monitis, praeceptis. A seq.

Παραίφασις, εως, ἡ, admonitio, consilium. 2) consolatio. Ab eod.

Παραιφρονέω, ῶ, exanimatus sum vel metu, vel vulneris, doloris, gravitate.

Παραιωρέω, ῶ, suspendo. pass. παραιωρεῖσθαι, suspendi. perf. παρῃωρῆσθαι, suspensum habere. plusq. ind. παρῃώρητο ξιφίδια, gladios suspensos habebant.

Παραιώρημα, ατος, τὸ, quod suspenditur, vel suspensum est. A praec.

Παραιώρησις, εως, ἡ, elevatio juxta aliud quid, suspensio.

Παρακαθάπτω, adnecto. pass. annector.

Παρακαθέζομαι, adsideo, juxta consideo.

Παρακαθεκτικὸς, ὴ, ὸν, tenax. A παρακατέχω.

Παρακαθεύδω, juxta dormio. 2) excubo.

Παρακάθημαι, adsideo, juxta adsideo.

Παρακαθίζω, f. ίσω, juxta me colloco, adsidere jubeo. 2) adsideo. παρεκαθιζόμην, παρεκαθίζετο, adsidebar, imperf. med.

Παρακαθίημι, utrinque demitto.

Παρακαθίστημι, juxta colloco seu appono, v. c. custodes. 2) altrinsecus colloco.

Παρακαίριος, α, ὁ, ἡ, intempestivus. παρακαίρια, inhonesta, nefaria.

Παράκαιρος, α, ὁ, ἡ, intempestivus.

Παρακαίρως, *Adv.* intempestive. A pr.

Παρακαίω, a latere uro, oburo, aduro. 2) comburo.

Παρακαλέω, ῶ, f. έσω, evoco, arcesso, advoco, in primis auxilii caussa, vel in judicio, vel alia in re quavis. 2) oro, obsecro, it. deprecor. 3) hortor, confirmo, in N. T. consolor, in pr. in med. recreo. τὰ παρακαλούμενα, postulata.

Προβόλιον, ου, τὸ, Dim. pr. quod tegendi ac defendendi caussa projicimus nobis, clypeus, venabulum, lorica, Gl. V. A pr.

Πρόβολος, ου, ὁ, scopulus eminens, qui æstum maris frangit. item protector, defensor. πρόβολοι, proceres, Gl. V. πρόβολος, etiam objactus, fultura. A προβάλλω.

Προβοσκὶς, ίδος, ἡ, proboscis, manus elephantis, os porci. E πρὸ & βόσκω.

Πρόβοσκος, ου, ὁ, qs. d. vicarius pastoris, operæ pastoria. Ex iisd.

Προβούλευμα, ατος, τὸ, senatus consultum, legi ac plebiscito præmissum, s. quo sancitur, ut aliquid ad populum feratur. Gl. V. consultum. A προβουλεύω.

Προβουλευμάτιον, ου, τὸ, Dim. præc.

Προβουλεύω, f. εύσω, consilio prospicio vel provideo. 2) prospicio, provideo. 3) deliberatione populum prævenio. q. d. prædelibero.

Προβουλέω, ῶ, inus. sed tamen hinc est Perf. med. προβέβουλα, malui, vel malo. A βουλή.

Προβουλὴ, ἡ, deliberatio. ἐκ προβουλῆς, consulto. a) providentia.

Προβούλιον, ου, τὸ, idem quod προβούλευμα. A pr.

Προβουλόπαις, δος, ἡ, q. d. consultatoris filia, vel consilio prognata, consultatrix. E sq. & παῖς.

Πρόβουλος, ου, ὁ, qui pro aliquo consultat, qui ante alios consultat. a) senator, princeps, primarius senator. Gl. Vet. consul. A βουλή.

Προβραχὺς, ὺς, vadosus. A βραχύς.

Προβρέχω, f. ξω, prius madefacio, prius macero. προβραχεὶς, præmaceratus, aor. 2. part. pass.

Προβύω, f. ύσω, emungo, & simul promoveo ellychnium.

Προβώμιον, τὸ, aditus, vestibulum aræ, ara ipsa. A βωμός.

Προγαμέω, ῶ, f. ήσω, prior nuptias contraho. A πρόγαμος.

Προγαμιαῖος, αία, αῖον, qui ante nuptias fit, fecit &c. A seq.

Πρόγαμος, ου, ὁ, ἡ, qui vel quæ prior nuptias fecit.

Προγαστρίδιον, ου, τὸ, ventrale, tegumen ventris.

Προγάστωρ, ορος, ὁ, ἡ, cui venter prominet, ventriosus. Gl. V. ventrosus. A γαστήρ.

Προγένεθλος, ου, ὁ, ἡ, origine aut nativitate antecedens, ante genitus. A γενέθλη.

Προγένειος, ου, ὁ, promissam habens barbam. a) barbatus. A γένειον.

Προγενεσία, ας, ἡ, prior creatio seu ordinatio. A γένεσις.

Προγενὴς, ὲς, prior natu. Hesych. Comp. προγενέστερος. Sup. προγενέστατος. A προγίγνομαι.

Προγεννάω, ῶ, f. ήσω, ante genero. προγεννηθεὶς, ante natus, antigena, Gl V. aor. 1. part. pass.

Προγεννήτωρ, ορος, ὁ, progenitor, i. e. prior, vel antiquior genitor. προγεννητόρων, majorum.

Πρόγευμα, ατος, τὸ, gustatio, gustus, quod ante cœnam justam & legitimam sumitur. A προγεύομαι.

Προγευματίζω, f. ίσω, ante gusto, prægusto, gusto, i. e. ante cœnam aliquid sumo, in balneo. a) imbuo aliquem prægustu, offero aliquid prægustandum. A pr.

Προγεύομαι, f. εύσομαι, idem.

Προγευστὴς, οῦ, ὁ, prægustator. A pr.

Προγευτὴς, οῦ, ὁ, idem. Gl. V. Ab eod.

Προγηράσκω, & προγηράω, f. άσω, ante tempus, mature senex fio.

Πρόγηρος, ὁ, ἡ, qui mature senescit. A γῆρας.

Προγίγνομαι, vel προγίνομαι, sum ante, antecedo, præcedo. προγενόμενοι, superiores. a) procedo, occurro.

Προγιγνώσκω, prænosco, præscio, præsentio. Gl. Vet. ante cognosco, prævideo. a) decerno, judico, existimo. 3) in N. T. interdum, amo, bene cupio. v. πρόγνωσις.

Προγλωσσεύομαι, garrio, loquax sum. A πρόγλωσσος.

Προγλωσσὶς, ίδος, ἡ, linguæ extrema pars acuta. A γλῶσσα.

Πρόγλωσσος, ου, ὁ, ἡ, garrulus, qui nil celare potest. Gl. Vet. volubilis linguæ. Ab eod.

Πρόγνωσις, εως, ἡ, præsensio, prænotio, præscientia, præsagium. a) rerum præsentium vel præteritarum animadversio s. cognitio. 3) in N. T. interdum, decretum, voluntas, it. benivolentia. A προγιγνώσκω.

Προγνώστης, ου, ὁ, præscius futurorum. Ab eod.

Προγνωστικὸς, ὴ, ὸν, facultate præsciendi seu præsagiendi præditus, præscius, sagax, Philox. Hinc τὸ προγνωστικὸν, οῦ, scil. σημεῖον, prognosticum, rei futuræ signum. A pr.

Προγνωστικῶς, providenter, Philox. A præc.

Προγόνη, ης, ἡ, privigna. A πρόγονος.

Προγονικὸς, ὴ, ὸν, avitus, a majoribus acceptus. a) majoribus dignus. Ab eod.

Πρόγονος, ου, ὁ, progenitor, ante genitus. a) privignus, Phil. filiaster, Gl. Vet. 3) atavus, Gl. V. πρόγονοι, majores, Phil. 4) patricii, Phil. πρόγονα, primogenita, eximia. A προγίνομαι.

Πρόγραμμα, ατος, τὸ, edictum, libellus, tabula s. quodvis scriptum, quo proposito aliquid indicatur, aut fieri jubetur. Gl. V. proscriptum, edictum. A προγράφω.

Προγραφὴ, ῆς, ἡ, præfatio. 2) descriptio rei, proposita sc. v. c. tabula &c. unde 3) proscriptio, proscriptionis tabula.

Προγράφω, f. ψω, ante scribo, prius scribo, proscribo. 2) præscribo. 3) prius vel ante pingo. 4) publice scriptum propono. 5) scribo simpliciter.

Προεγρηγορέω, vigilo, dormire non possum.

Προγυμνάζω, f. άσω, exerceo. προγυμνάζομαι, exerceor, paro me alicui rei, meditor.

Προγυμνασία, ας, ἡ, exercitatio prævia, præparatio, meditatio. A pr.

Προγύμνασμα, ατος, τὸ, idem. in arte Rhetor. eæ partes elaborandæ orationis, s. declamationis, quibus separatim scribendis ad ipsam accessio s. præparatio fit. Ab eod.

Προγυμναστὴς, ȣ, ὁ, qui exercet, qui præparat.

Προδαῆναι, prænoscere. προδαὴς, prænoscens, præscius. A δαίω, vel δαέω, vel δάημι.

Προδανείζω, f. είσω, ante fœneror, fœnori do.

Προδαπανάω, ῶ, ante impendo.

Προδείδω, f. δείσω, metuo, *de futuro*.

Προδείελος, ȣ, ὁ, qui ante vesperam, vel antequam advesperascit, aliquid agit.

Προδεικνύω, vel προδείκνυμι, f. ξω, præmonstro. 2) ante significo. 3) denuncio.

Προδειμαίνω, idem quod προδείδω.

Προδειπνέω, ante cœno s. edo.

Προδέκτωρ, ορος, ὁ, patronus. E πρὸ & δέχομαι. Apud Herodot. *Jonice* pro προδείκτωρ, præmonstrator, futurorum ostensor.

Προδέρκομαι, video prior. 2) prævideo, prospicio.

Προδεσμῶ, pro προδεσμέω, præligo, Gl. V.

Προδηλέομαι, f. ήσομαι, ante, prior lædo.

Προδηλοποιέω, ῶ, f. ήσω, manifestum reddo. 2) ante declaro, præsignifico.

Πρόδηλος, ȣ, ὁ, ἡ, manifestus, perspicuus. A δῆλος.

Προδηλόω, ostendo, clarum reddo. 2) præsignifico. A pr.

Προδήλως, *Adv.* manifeste. Ab eod.

Προδήλωσις, εως, ἡ, præsignificatio. 2) manifestatio. A προδηλόω.

Προδιαβαίνω, f. βήσομαι, prior seu prius transeo.

Προδιαβάλλω, ante, prior criminor. 2) criminor. 3) ante compono, s. ordino, s. constituo. προδιαβεβλημένος, criminatione insimulatus, perf. pass. part.

Προδιαγινώσκω, ante considero s. perpendo. 2) animo prius percipio.

Προδιάγνωσις, εως, ἡ, idem quod πρόγνωσις.

Προδιαγόρευσις, εως, ἡ, prædictio.

Προδιαγράφω, f. ψω, ante seu prius describo.

Προδιαγωγὴ, ῆς, ἡ, (aquæ) ductus longior.

Προδιαδίδωμι, ante spargo, dissemino, ut famam.

Προδιαζεύγνυμι, τὸ προδιεζευγμένον, vide προεπίζευξις.

Προδιάθεσις, εως, ἡ, antecedens dispositio, capiens affectionem aliquam. 2) pristina affectio.

Προδιαιρέομαι, distinguo in genera, species &c. 2) describo rem faciendam. vid. seq. προδιελέσθαι, inf. aor. 2. med.

Προδιαίρεσις, εως, ἡ, descriptio (deformatio) futuri operis, ut ædificii, forma, Modell.

Προδιαίτησις, εως, ἡ, præparatio ad rem aliquam per victum certum & similia. item, præparatio simpliciter. A διαιτάω.

Προδιακινέω, ante commoveo. προδιακινήσας τινὰς, concitatis ante nonnullis.

Προδιακονέομαι, ȣ̃μαι. perf. pass. προδεδιακονημένοι, qui antea operam (in concilianda femina) navarunt.

Προδιαλαμβάνω, ante cognosco, ante judico, ante constituo, decretum habeo. 2) ante concipio animo, ut spem.

Προδιαλέγομαι, f. ξομαι, ante dico, ut, cum prædixisset, cum ante demonstrasset. Gl. V. præfari.

Προδιάλεξις, εως, ἡ, præfatio, Gl. V. A pr.

Προδιαλύω, ante dissolvo s. frango.

Προδιαμαρτύρομαι, obtestor, protestor.

Προδιανυκτερεύω, f. εύσω, prius totam noctem consumo, præcedentem noctem transigo.

Προδιανύω, & -ύτω, f. ύσω, ante perficio, ante demonstro. τὰ προδιηνυσμένα, ante demonstrata.

Προδιαπέμπω, præmitto.

Προδιαπλέω, f. εύσω, ante navibus transeo.

Προδιαρθρόω, ante definio, explico, constituo.

Προδιαρπάζω, ante diripio.

Προδιασαλεύω, f. εύσω, prius concutio.

Προδιασαφέω, ῶ, f. ήσω, (prius) declaro.

Προδιασάφησις, ἡ, prævia declaratio. A pr.

Προδιασκεδάζω, f. άσω, prius dissipo.

Προδιασκοπέω, ante diligenter considero.

Προδιαστέλλομαι, prænuncio, præmoneo: prius discerno. προδιαστείλασθαι, aor. 1. inf. med.

Προδιαστροφὴ, ῆς, ἡ, superior s. pristina perversio s. depravatio.

Προδιασύρω, prior traduco & carpo, item prior violo, frango fœdus, pactum.

Προδιατάσσω, vel προδιατάττω, f. ξω, prior dispono. *in med.* ante constituo, compono.

Προδιατίθημι, ante (male) tracto. v. διατίθημι.

Προδιαττάω, ῶ, f. ήσω, prius cribro, prius per cribrum transmitto.

Προδιατυπόω, ῶ, f. ώσω, prius formo, deformo, describo.

Προδιατύπωσις, εως, ἡ, q. d. præformatio. 2) præordinatio. A pr.

Προδιαφθείρω, ante corrumpo: prius constupro. *In pass.* jam dudum corruptus sum &c. *item* corrumpo *simpliciter*.

Προδιαχρίω, f. ίσω, ante, prælino.

Προδιαχωρίζω, ῶ, f. ίσω, prius dissideo, prior me ab amicitia alicujus separo.

Προδιδάσκω, f. άξω, prius doceo, prædoceo. 2) doceo *simpliciter*.

Προδίδωμι, f. δώσω, prodo, desero, auxilio meo destituo, deficio, prævaricor. 2) prius vel prior do, ut repræsento pecuniam. 3) dedo, ut urbem.

Προδιεξέρχομαι, prior transeo. 2) ante expono, declaro, exsequor in antecessum.

Προδιεορτάζω, f. άσω, prius festum diem ago, prius triumpho.

Προδιεργάζομαι, f. άσομαι, ante elaboro.

Προδιερευνάω, ῶ, f. ήσω, ante perscrutor & pervestigo.

Προδιερευνητὴς, ȣ, ὁ, explorator, præmissus veluti exercitui subsequenti. A pr.

Προδιέρχομαι, prius percurro. 2) ante enarro.

Προδιηγέομαι, ȣ̃μαι, f. ήσομαι, prænarro.

Προδιήγησις, εως, ἡ, prævia narratio, præparatio ad narrationem. A pr.

Προδιηθέω, ante percolo.

Προδιΐστημι, f. στήσω, prius dirimo, distraho.

Προδικάζω, f. άσω, prius judico.

Προδικασία, ας, ἡ, præjudicatio, præjudicium. A pr.

Προδικαστὴς, ȣ, ὁ, qui vel ante, vel loco alterius judicat. Ab eod.

Προδικέω, ῶ, f. ήσω, curo, procuro, defendo. A πρόδικος.

Προδικία, ας, ἡ, quodvis curationis munus, patrocinium. Ab eod.

Προ-

Πρόδικος, ου, ὁ, patronus, qui caussam defendit, qui caussam pro aliquo dicit, tutor, curator, arbiter. A δίκη.

Προδιοικέω, ῶ, f. ήσω, ante dispono, constituo. *in med.* de rebus meis ante constituo, mandata do.

Προδιοίκησις, ἡ, præparatio, præmunitio. A pr.

Προδιοικητικός, ἡ, όν, providus, futuri curam gerens, præparans se ad futura. Ab eod.

Προδιομολογέω, ῶ, &-έομαι, οῦμαι, prius confiteor, vel profiteor, vel testor. 2) ante vel prius polliceor, prius paciscor.

Προδιόρθωσις, εως, ἡ, prævia correctio.

Προδιορίζω, f. ίσω, ante definio.

Προδιυλίζω, f. ίσω, ante percolo.

Προδιώκω, f. ξω, insequor.

Προδίωξις, εως, ἡ, insecutio, persecutio.

Προδοκάζω, f. άσω, exspecto. 2) observo. 3) insidior.

Προδοκέω, προδοκεῖται, prius decernitur.

Προδοκή, ῆς, ἡ, angustus locus, insidiis aptus. (ubi hostis velut προσδοκᾶται, ante exspectatur & excipitur, quam veniat. sæpe πρό in compositis usurpatur pro πρός.)

Προδοκιμάζω, (ante) exploro, specto.

Προδομάτιον, idem quod πρόδοσις. A δίδωμι.

Πρόδομος, ου, ὁ, atrium, vestibulum.

Προδοξάζω, f. άσω, prius opinor.

Προδοξοποιέω, v. προσδοξοποιέω.

Προδοσέταιρος, ου, ὁ, ἡ, amicos prodens. Ex προδίδωμι & ἑταῖρος.

Προδοσία, ας, ἡ, proditio, prævaricatio, Gl. V. A προδίδωμι.

Προδοσίκομπος, ὁ, ἡ, pollicendo vanus, jactator. A seq. & κόμπος, s. κομπός.

Πρόδοσις, εως, ἡ, elargitio, erogatio. A προδίδωμι.

Προδότης, ου, ὁ, proditor, prævaricator. Ab eod.

Προδοτικός, ἡ, όν, proditorius. A pr.

Προδοτικῶς, *Adv.* proditorum more, per proditionem. A pr.

Προδότις, ιδος, ἡ, proditrix. fem. a προδότης.

Πρόδοτος, ου, ὁ, ἡ, proditus. A προδίδωμι.

Πρόδουλος, ον, servilis.

Προδρομή, ῆς, ἡ, antecessus, præcursio, incursio. A προτρέχω.

Πρόδρομος, ου, ὁ, ἡ, præcursor, prævius, ante ambulo. 2) excursor, emissarius. 3) præcox, quod primum maturuit, de uvis, ficis &c. dicitur & de vino, v. πρότροπος. 4) *Subst.* processio, Gl. V.

Προδυστυχέω, ante infelix sum.

Προδυσωπέω, idem quod δυσωπέω. item bono modo quodam averto, impedio, ut orando &c.

Προδωμάτιον, ου, τὸ, cubiculi seu thalami vestibulum.

Προεγγράφω, ante in litteras refero.

Προεγείρω, ante excito.

Προεγκάθημαι, ante, dudum insideo. προεγκαθήμενον, dudum insita animo.

Προέγκειμαι, ante insum, ante positus sum alicubi.

Προεγκρατεύομαι, abstinentia præparo me ad quid.

Πρόεγμα, τὸ, fulcrum, fulcimentum. Ab ἔχω.

Προεγχαράσσω, -άττω, prius insculpo, incido.

Προεγχειρέω, ante tempus aggredior rem.

Προεδρία, ας, ἡ, prior vel principalis sedes. Phil. principatus.

Προεδρεία, ας, ἡ, jus præsidendi, principatus. vid. προεδρία.

Προεδρεύω, f. εύσω, præsideo, sum præses. A πρόεδρος. ubi v.

Προεδρία, ας, ἡ, q. d. præsidentia, sedis vel loci honor. A πρόεδρος.

Προέδριον, ου, τὸ, idem quod πρόεδρος, & ab eod.

Πρόεδρος, ου, ὁ, qui sedet in prima sede seu in primo subscilio, præses, præsul, antistes, ap. Athen. qui præest senatui quingentorum in concionibus populi. Etiam tribubus est πρόεδρος. πρόεδροι, primores, Gl. V. Ab ἕδρα.

Προέδω, ante edo.

Προείργω, prior arceo vel prohibeo.

Προεθίζω, f. ίσω, instituo, condocefacio. προείθισται, institutum est dudum. 2) præparo.

Προειδέναι, præsensisse. προϊδών, aor. 2. part. qui prævidit. προειδώς, perf. part. præscius, Gl. V. προειδότες, præscii.

Προειδωλοποιέω, ante animo speciem rei concipio s. efformo.

Προεικάζω, f. άσω, conjectura præsentio.

Πρόειμι, prodeo, procedo, Gl. V. anteeo, Gl. V. incedo, Gl. Vet. Ab εἶμι.

Προειπεῖν, prædicere. 2) jubere. 3) denunciare. & προεῖπον, edixi, antedixi, Gl. Vet.

Προείργω, idem quod προείργω.

Προειρηνεύω, ad pacem ante redigo, paco.

Προεισάγω, vel προεσάγω, f. ξω, prior induco, seu ante introduco, item instituo simpliciter, sed de præterito: ut majores instituerunt, προεισήγαγον. 2) importo, quæ in posterum prosint.

Προεισαγωγή, ῆς, ἡ, prævia introductio.

Προεισβολή, ῆς, ἡ, ingressio ante facta.

Προεισδέομαι, ante implicitus, adstrictus sum, v. c. inimicis fœderi.

Προεισέρχομαι, ante s. prius ingredior.

Προεισκρίνομαι, prius ingredior, me insinuo.

Προεισόδιον, ου, τὸ, vestibulum. 2) præludium.

Προεισπαίω, ante ingredior.

Προεισπέμπω, f. ψω, intromitto ante, arcesso ante. 2) magna pompa & comitatu induco.

Προεισφέρω, prior seu ante infero. 2) infero, induco, affero simpliciter. 3) primum omnium tributum pendo, ap. Attic. sive potius, pendo tributum & quidem promte, libenter. vid. seq. fut. 1. προεισοίσω. aor. 1. m. προεισπεγκάμην.

Προεισφορά, ἡ, tributi collatio. Demosth. πρῶτος προεισφορὰν ἔθηκα: primus tributum dedi. (nisi potius est erogavi pecuniam eorum nomine, qui parata pecunia carerent, quæ mihi postmodum ab iisdem refunderetur.) A pr.

Προεκβάλλω, (prius) emitto seu ejicio.

Προέκβασις, εως, ἡ, eventus, exitus.

Προεκδαπανάω, f. ήσω, ante consumo.

Προεκδειματόω, ῶ, f. ώσω, prius terrorem incutio, terrore occupo.

Προεκδέχομαι, excipio, v. c. impetum, ictum &c.

Προεκδιδάσκω, prædoceo, instruo, præparo, edoceo.

Προεκδίδωμι, f. δώσω, prius edo. 2) edo in publicum, *de libris fere.*

Προέκδοσις, ἡ, editio libri. A pr.

Προεκδρομή, ἡ, procursio, impetus.

Προέκθεσις, εως, ἡ, expositio prævia, positio brevis rei tractandæ, narrandæ. A προεκτίθημι.

Προεκθετικός, ἡ, όν, breviter in principio exponens. vid. προέκθεσις. Ab eod.

Προεκθετικῶς, *Adv.* breviter & summarim proponendo. A pr.

Προεκθέω, procurro, procurso, ante ordines, ante tempus & nondum imperato.

Προεκθορέω, prosilio. 2) ante prosilio, præsilio. προεκθορών, aor. 2. part. act.

Προεκκαθαίρω, ante expurgo.

Προέκκειμαι, in conspectu jaceo.

Προεκκομίζω, f. ίσω, ante exporto, prius eveho seu effero.

Προεκκρίνω, ante excerno, excerno.

Προεκκρούω, ante expello, dejicio.

Προεκλέγω, ante, prius deligo.

Προεκλείπω, desero.

Προεκνιτρόω, ῶ, f. ώσω, nitro prius perfrico.

Προεκπέμπω, f. ψω, prius emitto, emitto.

Προεκπηδάω, prosilio, procurso.

Προεκπίνω, prius ebibo. προεκπιών, qui prius ebibit, aor. 2. part. προεκπεπωκώς, perf. id.

Προεκπίπτω, ante elabor, ante emano. 2) excido. προεξέπεσον, aor. 2. act.

Προεκπλέω, f. εύσω, evehor navi e portu, provehor, ex acie.

Προεκπλήσσω, f. ξω, prius obstupefacio, perterrefacio &c. (v. in ἐκπλήσσω.) προεκπεπληγμένος, perf. pass. part.

Προεκπονέω. προεκπονηθέντα, dudum elaborata, perfecta, parata.

Προεκρηγνύομαι, vel προεκρήγνυμαι, ante tempus erumpo. s. prorumpo, io conspectum venio.

Προεκτείνω, exserto. προεκτείνοντα, exsertantem, Phil.

Προεκτελέω, ante pendo, repræsento.

Προεκτήκω, ante liquefacio. *Pass.* jam tabesco, jam consumor.

Προεκτίθημι, expono, propono, breviter summam rei, summa capita in principio.

Προεκτικὸς, ή, όν, pro προετικὸς, ap. Hesych. & alios, non bene, ut videtur.

Προεκτίκτω, pario.

Προεκτίλλω, prius evello.

Προεκτρέχω, præcurro, procurso.

Προεκτρύχω, prius exhaurio, attero, consumo.

Προεκτυπόω, ante formo s. effingo, v. c. exemplar.

Προεκφέρω, ante profero, vel exsero.

Προεκφεύγω, ante effugio.

Προεκφοβέω, ante terreo.

Προεκφόβησις, εως, ἡ, consternatio, trepidatio, & quidem ante incussa, v. c. ante prælium. A pr.

Προεκφοιτάω, ante emano, evulgor.

Προεκχέω, effundo, profundo.

Προεκχωρέω, ante excedo.

Προέλασις, εως, ἡ, provectio, procursio. v. c. ante aciem.

Προελαύνω, procedo, progredior, ante signa evehor. 2) produco v. c. in apertum, in conspectum.

Προελευθερόω, ante libero.

Προέλευσις, εως, ἡ, egressus. 2) antecessus, præcursus, vel præcursio. 3) festa pompa, supplicatio. A προέρχομαι.

Προελκύω, & προέλκω, extraho, protraho. 2) eliein, illicio.

Προελπίζω, f. ίσω, ante vel prior spero.

Προεμβαίνω, ante gradior, præeo.

Προεμβάλλω, interpono, ioterjicio. 2) prius invado, prius irruo. 3) prius injicio, v. e. spem.

Προεμβιβάζω, ante induco, induco *simpliciter*, v. c. io odium alicujus.

Προεμβολὶς, ίδος, ἡ, extrema carina ad proram, supra rostrum. A seq.

Προέμβολα νεῶν, rostra, Gloss. Vet. πρόεμβολα. Suid.

Προέμβολος, eadem quæ προεμβολίς.

Προεμπίπτω, ante incido. 2) ante occurro, seu obvius fio, item incido, occurro *simpl.*

Προεμπλήθω, f. ήσω, ante impleo.

Προεμπορεύομαι, ante negotior vel mercaturam facio. 2) ante capto.

Προεμφαίνω, clare demonstro, ante oculos pono.

Προεμφανίζομαι, prius appareo, ante conspicior. 2) conspicior, in conspectu sum, *simpl.*

Προεμφράττω, f. ξω, prius obstruo.

Προενάρχομαι, f. ξομαι, ante incipio.

Προενδείκνυμι, ante demonstro.

Προενδημέω. τὰ προενδεδημηκότα, quæ antea, superioribus temporibus, in populum grassata fuere, increbuere.

Προενδίδωμι, temitto, ut simplex ἐνδ.

Προενεγκτέον, pronunciandum. A προφέρω. (v. προενεκτέον, quod usitat.)

Προενέδρα, ἡ, locus insidiis aptus.

Προενείρω, prius insero.

Προενεκτέον, pronunciandum. A προφέρω.

Προενέπω, prædico.

Προενεργέω, ῶ, f. ήσω. τὰ προενεργηθέντα, ante perfecta.

Προενέχομαι, ante, dudum constrictus, irretitus teneor, implicitus alicui rei, fœderi, societati, amori &c.

Προενεχυράζομαι, *pass.* idem quod ἐνεχ. ap. Chariton. beneficio obligor.

Προενηχέω, ῶ, f. ήσω, prius insono. 2) prius inculco, ante revelo.

Προενθυμέομαι, οῦμαι, ante cogito.

Προεννέπω, idem quod προενέπω.

Προενοικέω, ῶ, f. ήσω. προενοικήσαντες, priores incolæ.

Προενοίκησις, εως, ἡ, prior habitatio, de incolis prioribus, nunc expulsis, profectis. A pr.

Προενσείω, ante infligo, immitto.

Προεντυγχάνω, prius incido.

Προεξαγγέλλω, enuncio, prodo.

Προεξάγω, f. ξω, produco, educo.

Προεξαδυνατέω, ῶ, f. ήσω, admodum fractis viribus sive impotens sum.

Προεξαιρέω, ante deleo. 2) ante extraho, eximo, ejicio.

Προεξαΐσσω, prorumpo, proruo.

Προεξαμαρτάνω. προεξημαρτηκότες, qui ante deliquerunt, peccavere.

Προεξανάγω, provehor in altum, e portu vel ex acie.

Προεξανθέω, effero ex me, gigno; *in malam etiam partem*.

Προεξάνθημα, τὸ, quod ex aliqua re enascitur in superficie. vid. ἐξάνθημα.

Προεξανίσταμαι, prior exsurgo, vel ante alios surgo, item citius justo, ante tempus, v. c. ex insidiis exsurgo, prorumpo.

Προεξαποστέλλω, præmitto.

Προεξαρτάω, suspendo in re aliqua.

Προεξασθενέω, deficio viribus, non sufficio ad aliquid perficiendum.

Προέξεδρα, ας, ἡ, sedes in aliquo loco præter cæteras eminens ac procurrens. 2) apud Poll. vertitur porticus, in partibus urbis, ut ἐξέδρα.

Προέξειμι, prodeo, prorumpo.

Προεξειρεσία, ας, ἡ, navis pars, in qua remigatur.

Προεξελαύνω, vel προεξελάω, f. άσω, ante alios navi, equo prorumpo, procurso.

Προεξ-

Προεξεπίσαμαι, ante probe novi, præscio.
Προεξειργάζομαι, part. perf. προεξειργασμένα, jam, f. dudum perfecta.
Προεξερευνάω, ante investigo, quæro.
Προεξέρχομαι, prior percurro. a) procurro, exeo. 3) prodeo in concionem.
Προεξετάζω, f. άσω, ante examino, perpendo.
Προεξιχνιάζω, ῶ, f. ήσω, ante excutio, considero. 2) diligenter & cogitate ago.
Προεξηγέομαι, ante narro, expono. vid. προεκτίθημι, & προεξηγέομαι.
Προεξίσταμαι, ante exurgo. (sed v. προεξανίσταμαι, quod hoc quidem sensu præstat.)
Προεξοδεύω, f. εύσω, prior egredior. 2) egredior, v. c. e castris, de exercitu.
Προεξομαλίζω, ante complano, sc. viam.
Προεξορμάω, ῶ, f. ήσω, prius educo, & educo *simpliciter*. 2) *activ. & med.* prius egredior, s. erumpo, & egredior, s. erumpo *simpliciter*.
Προεόντα, ων, τά, quæ ante sunt vel facta fuerunt, præterita. *Jon.* pro προόντα. Ab εἰμί.
Προεορτάζω, f. άσω, ante vel prius ago diem festum.
Προεόρτιος, α, ὁ, ἡ, festum diem præcedens. Ab ἑορτή.
Προεπαγγέλλω, denuncio. 2) ante ambio, peto. 3) indico, edico. 4) *in med.* ante promitto.
Προεπαγγελσις, εως, ἡ, denunciatio, indictio, v. c. belli. A præc.
Προεπαινέω, ῶ, prius laudo, ante alium laudo.
Προεπαφίημι, f. ήσω, præmitto, priorem mitto ad impetum faciendum.
Προεπεξορμάω, ante procurso & impetum facio.
Προεπιβάλλω, ante, prior injicio.
Προεπιβουλεύω, insidiis prævenio.
Προεπιβουλή, insidiarum occupatio, cum priores alteri insidiamur.
Προεπιδείκνυμι, ante demonstro, ante visendum præbeo.
Προεπιδίδωμι, ante dono, largior &c.
Προεπίζευξις, εως, ἡ, figura orationis, cum verbum inter duo substantiva medium ponitur, ut *Deos obtestatur hominesque*.
Προεπικοινόω, ante communico.
Προεπιλογίζομαι, f. ίσομαι, prius computo, ante calculo posito colligo.
Προεπινοέω, ῶ, f. ήσω, animo præsumo, ante mente agito vel in animum induco. *item* aliquid ut prius concipio s. cogito.
Προεπιξενόω, ῶ, f. ώσω, prius hospitio excipio. a) *in pass.* dudum hospitio exceptus sum.
Προεπιπλήσσω, vel-πλήττω, f ξω, præcastigo, castigo & eprehendo præveniendo castigationem & reprehensionem alterius. *In pass. perf.* jam dudum castigatus sum.
Προεπισκοπέω, ante considero.
Προεπίσταμαι, præscio, jam ante scio & exploratum habeo.
Προεπιχειρέω, ῶ, f. ήσω, prior adgredior seu molior, prior invado.
Προεπιχείρησις, εως, ἡ, cum quis prior adgreditur. A præc.
Προεποικέω, ῶ, f. ήσω. προεποικήσαντες, veteres, priores incolæ. v. προοικέω.
Προέπω, inus. vide προειπεῖν.
Προεργάζομαι, f. άσομαι, prius seu ante conficio.
Προερέσσω, promoveo remigando, seu subduco.
Προερευνάω, ῶ, f. ήσω, prius indago, vestigo.
Προερέω, prædicam, s. *Jon.* pro προερῶ.
Προερύω, f. ύσω, protraho, detraho, deduco, de navibus. aor. 1. προέρυσα, προείρυσα.
Προέρχομαι, f. ελεύσομαι, progredior, procedo, egredior, prodeo, in pr. in concionem. dicendi caussa. 2) prævenio, anteverto. 3) præcedo, præeo, percurro. προελθεῖν, prodire, Gl. Vet. aor. 2. inf. προελθεῖν, progressus, Philox. part. προεληλύθει, processerat, Phil. plusq. ind.
Προερωτάω, ante interrogo.
Προεσθίω, edo ante, v. c. cœnam.
Πρόεσις, εως, ἡ, emissio, vel ejectio. a) profusa erogatio, largitio profusa. Gl. Vet. proluvium. A προΐημι.
Προετέος, έα, έον, omittendus, abjiciendus, prodendus, negligendus, largiendus. A προΐημι.
Προετικός, ή, όν, ad largiendum propensus, qui libenter largitur. Ab eod.
Προετικῶς, *Adv.* large, liberaliterque. A pr.
Προετοιμάζω, f. άσω, præparo.
Προετοιμαστής, οῦ, ὁ, præparator. A præc.
Προευαγγελίζομαι, f. ίσομαι, doctrinam christianam propono. a) ante promitto, rem lætam prænuncio.
Προευδοκιμέω, ante clareo. τὸ προευδοκιμεῖν, gloria superior. οἱ προευδοκιμηκότες, qui ante claruere.
Προευεργετέω, gratiam ineo, prior benefacio, beneficiis provoco. *Pass.* beneficium accepi, beneficio obstrictus sum.
Προευλαβέομαι, bene rem confidero, ante sc. quam judicem, agamve quid.
Προευλαβέομαι, ante suspicor malum futurum, timeo, præcaveo.
Προευτελίζω, contemno, sc. ante tempus, ante quam caussa sit.
Προευτρεπίζω, f. ίσω, præparo.
Προεύχομαι, oro loco alicujus.
Προεφοδεύω, f. εύσω, ante percurro, lustro.
Προεφοδιάζω, f. άσω, viatico instruo.
Προεφοράω, prævideo.
Προέχω, ante me teneo seu habeo, obtendo, objicio, prætendo, prætexo. a) promineo, præsto, primas teneo in aliqua re, præcedo, præcello: quod est etiam προέχομαι.
Προέψω, & προέψέω, ante coquo seu præcoquo.
Προεφωνέω, pronuncio, proloquor. v. προσεφώνει.
Προζωγραφέω, ῶ, f. ήσω, ante depingo.
Προζώννυμι, præcingo, Gl. Vet.
Προηγεμών, όνος, ὁ, qui præit, dux viæ.
Προηγέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, præeo, præcedo, antegredior. a) præcipuus sum, præcipuum locum in re aliqua teneo. προηγεῖται, antecedit, præest, Phil. προηγησάμενος, antecessor, decessor, Gl. Vet.
Προήγησις, εως, ἡ, prægressus, Philox. prægressio. A præc.
Προηγήτειρα, ἡ, fem. sequentis.
Προηγητήρ, ῆρος, ὁ, qui præit, dux viæ. Ab eod.
Προηγητής, ὁ, ἡ, idem & ab eod.
Προηγμένα, τά, prælata, producta. Vox Stoica, de bonis corporis & fortunæ. A προάγω.
Προηγορεών, ῶνος, ὁ, ingluvies, gurgulio.
Προηγορέω, caussam alicujus ago, defendo. A προήγορος.
Προηγορία, ας, ἡ, primæ dicendi partes. a) defensio caussæ. A seq.
Προήγορος, ου, ὁ, qui primus caussam dicit, *vel simpl.* patronus caussæ. 2) præco. E π. & ἀγορεύω.
Προηγουμένως, *Adv.* ex antecedente vel antegressa caussa. 2) præcipue. A προηγέομαι.

Προη-

Προήδομαι, ante lætor.

Προηκὴς, έος, ὁ, ἡ, præacutus. Ex ἀκή.

Προήκω, f. ξω, procedo, progredior, anteeo, præeo, præsto. προῆξεν, antecessit, Phil. aor. 1. (sed potest hoc etiam a προάγω repeti.) προήκων, major ætate.

Προηλιάζω, f. άσω, ante insolo.

Προήμαρ, ante diem.

Προηρόσιος, ία, ιον, arationem præcedens. προηροσία Δημήτηρ, Ceres ante arationem invocata. τὰ προηρόσια, sacra ante rationem fieri solita. Ab ἀρόω, f. ἀρόσω.

Προηττάομαι, ante vincor. præt. pass. προηττημένος, jam victus, dudum victus.

Προθεάομαι, ῶμαι, f. άσομαι, provideo, prævideo. προθεώμενος, prospiciens.

Προθειλοπεδάω, ante insolo.

Προθέλυμνος, ου, ὁ, ἡ, a radice erutus, qui radicitus exstirpatur, funditus deletur. Hinc προθελύμνως, *Adv.* radicitus, funditus. A θέλυμνον.

Προθεραπεύω, f. εύσω, prius curo, vel excolo. 2) præparo.

Προθερμαίνω, prius calefacio.

Πρόθεσις, εως, ἡ, propositio, propositum, consilium; promissio facta in libro, quæ & ipsa propositio dicitur; voluntas, Phil. decretum. A προτίθημι.

Προθέσμιος, ία, ιον, præstitutus, ante constitutus seu statutus. προθεσμία, ας, ἡ, scil. ἡμέρα, sive ὥρα, præstitutus, ante constitutus seu statutus dies, præstitutum tempus. Phil. spatium, dies finitus, dies statutus. 2) dicitur & de fine rei ac modo.

Προθεσπίζω, f. ίσω, prædico, vaticinor, prædivino. Gl. Vet. præsagio.

Προθετικὸς, ή, όν, præpositivus. μόριον προθετικὸν, præpositio. A προτίθημι.

Προθέω, præcurro, antecurro. 2) accurro, procurro, procul vel longius curro.

Προθεωρέω, ῶ, f. ήσω, ante considero, ante explico. 2) prævideo.

Προθεωρία, ας, ἡ, prævia contemplatio, præmeditatio. 2) prævia cognitio rei.

Προθήγω, præacuo, Gl. Vet.

Πρόθημα, ης, ἡ, propositio. 2) res proposita. A προτίθημι.

Προθησαυρίζω, f. ίσω, ad futuros usus repono in thesauro.

Προθνήσκω, morior pro. 2) morior ante.

Προθορὼν, profiliens, qui prosiluit, aor. 2. part. Ab inus. προθορέω.

Πρόθορος, ὁ, ἡ, idem, apud Oppian.

Πρόθρεμμα, ατος, τὸ, pecus.

Προθρηνέω, ῶ, f. ήσω, prius vel ante lugeo.

Προθρυλλέω, ῶ, f. ήσω, ante sermone jacto, divulgo.

Πρόθυμα, ατος, τὸ, q. d. sacrificii præludium, quod sacrificio s. victimæ immolandæ præmittitur, i. e. placenta, libum, πόπανα alias, vel πέλανος, & similia. v. προκατάρχομαι. A προθύομαι.

Προθυμέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, alacri sum animo, studeo, propensius curo & magno studio enitor. προθυμητέον, promte, alacriter agendum. A πρόθυμος.

Προθυμία, ας, ἡ, animi alacritas vel præsentia; studium, promptitudo, alacritas. Ab eod.

Προθυμιάω, ante suffio.

Προθυμοποιέομαι, οῦμαι, promtum, alacrem reddo. E seq. & ποιέω.

Πρόθυμος, ου, ὁ, ἡ, animum alacrem habens ad aliquid, promtus, alacer, sedulus, Gl. Vet.

Προθύμως, *Adv.* alacri animo, promte, impigre, libenter. Phil. sedulo, alacriter, æquo animo, enixe. A præc.

Προθύραιος, ου, ὁ, ἡ, qui est ante januam vel vestibulum. A seq.

Πρόθυρον, ου, τὸ, quod est ante januam. Philox. vestibulum, limen. Ex πρὸ & θύρα.

Προθύω, f. ύσω, ante sacrifico, i. e. ante victimam. v. πρόθυμα. 2) pro aliquo sacrifico.

Προθωράκιον, τὸ, clypeus, scutum.

Πρωὶ *Adv.* mature, tempestive, pro πρωΐ.

Προϊάλλω, mitto. 2) promo. προΐηλε, emisit, aor. 1. ind. 3. s.

Προϊάπτω, f. ψω, qs. præmitto, vel ante mitto. Sed apud Hom. est simpliciter mitto.

Προϊδρύω, f. ύσω, ante colloco, præjacio fundamentum.

Προϊζάνω, f. ήσω, idem quod seq.

Προΐζομαι, ante alios sedeo, præsideo.

Προΐημι, abjicio, projicio, negligo, omitto, prætereo, prætermitto, Gl. Vet. προΐεμαι, destituo. 2) largior, Gl. Vet. πρόϊες, omitte, aor. 2. imperat. προηκάμην, omisi, aor. 1. med. προέσθαι inf. aor. 2. negligere, abjicere, largiri. προήσεσθαι, fut. med. traditurum, proditurum esse. προετέον, v. supra.

Προῖκα, *Adv.* gratis, sine mercede. A προΐξ.

Προίκειος, εία, ειον, dotalis. Ab eod.

Προικίδιον, ου, τὸ, doticula, exigua dos. Dim. ab eod.

Προικίζω, doto, Gl. Vet. προικιζομένη, dotanda, Phil. Ab eod.

Προικιμαῖος, αία, αῖον, qui gratuito obtingit. Phil. dotalis. Ab eod.

Προίκιος, ου, ὁ, ἡ, gratuitus. Ab eod.

Προϊκνέομαι, οῦμαι, advenio, accedo.

Προικὸς, *Gen.* a προΐξ, adverbialiter, apud Atticos, pro προῖκα, intell. δοὶ, vel ἀντί.

Προικοφορέομαι, οῦμαι, dotem accipio.

Προικοφόρος, ου, ἡ, dotata, Gl. Vet. E προΐξ & φέρω.

Προΐκτης, ου, ὁ, mendicus. A προϊκνέομαι, vel a προΐξ, qu. ambiens προῖκα, largitionem.

Προικῷος, ῴα, ῷον, dotalis. A προΐξ.

Πρώϊμος, ου, ὁ, ἡ, maturus, tempestivus, statum tempus præveniens. A πρωΐ.

Προΐξ, vel προίξ, προῖξ, κὸς, ἡ, dos. 2) donum. 3) gratia. (videtur a προΐεσθαι manasse, quasi τὸ προϊεμένον, id quod quis e manu sua emisit, elabi passus est & velut abjecit.)

Προΐξασθαι, vel προΐξεσθαι, aor. 1. med. gratis dare, A pr. 2) prodere. ab inus. προΐκω.

Πρώϊος, idem quod πρώϊμος.

Προϊππάζω, f. άσω, equito ante, equo præcedo seu præeo.

Προΐπταμαι, antevolo, Gl. Vet.

Προΐστημι, ante colloco, propono, ante oculos pono &c. *In medio* maxime est, & illud ipsum, & præterea prætendo, prætexo. 2) præficio alicui rei gerendæ, curandæ. 3) prostituo &c. 4) operam do alicui rei, studeo, ut προΐστασθαι τῆς οὐσίας. *At in aor. 2. & perf. act. & in pass. est* antisto, excello. it. præsum. 2) defendo, tueor. 3) prosto. 4) magistratum gero.

Προϊστορέω, ῶ, f. ήσω, ante memoro, prius commemoro. 2) ante percunctor.

Προΐστωρ, ορος, ὁ, præscius. 2) testis. Hes.

Προϊχνεύω, f. εύσω, ante vestigo. 2) præeo.

Προΐσχομαι, protendo, (etiam suppliciter manum.)

2)

2) porrigo, effero. 3) prætendo, obtendo.

Προίωξις, persecutio, pro προδίωξις.

ΠΡΟ'ΚΑ, *Adv.* statim, subito, confestim, ex improviso.

Προκαθαίρω, præpurgo, ante purgo. προκαθαίρομαι, præparor ad sacra rite obeunda, in castu sum.

Προκαθαρπάζω, ante rapio, præripio.

Προκάθαρσις, ἡ, præparatio ad sacra obeunda rite, castus.

Προκαθεδρία, ας, ἡ, primus locus in consessu, prima sedes.

Προκαθέζομαι, præsideo. 2) obsideo, v. c. urbem.

Προκαθεύδω, prius dormio.

Προκαθηγέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, præeo, ducem me præbeo. 2) in prima acie sum. 3) suadeo, auctor sum. προκαθηγημένη κρίσις, præjudicata opinio.

Προκαθηγητὴς, οῦ, dux, auctor. A præc.

Προκάθημαι, ante sedeo, ante situs sum. 2) præsideo, præsum. 3) sum præsidio, relictus ad custodiam, v. c. angustiarum, castrorum.

Προκαθίημι, demitto. 2) submitto. 3) prius spargo in vulgus.

Προκαθίζω, & προκαθίζομαι, ante, v. c. ad fines, consideo. 2) præsideo, tueor. 3) consideo, sedem capio.

Προκάθισις, εως, ἡ, sessio, & quidem in loco præsigni, ut throno regio, tribunali. item προεδρία.

Προκαθίστημι, ante constituo, s. colloco. 2) præparo.

Προκαθοσιόω, ante devoveo. 2) ante definio, constituo: de fato.

Προκαίρως, præmature, Gl. Vet. A καιρός.

Προκακοπαθέω, malis affligor. A seq. & πάθος.

Πρόκακος, ος, ον, malus, valde malus. κακὰ πρόκακα, mala gravissima, Æschyl.

Προκακόω, ῶ, f. ώσω, ante affligo, ante male tracto.

Προκαλέομαι, οῦμαι, evoco. 2) elicio. 3) provoco. 4) lacesso. 5) incito, excito. 6) conditionem s. optionem fero. 7) hortor. unde προκαλέσατο, consilia. 8) *reperitur etiam pro* in jus voco, *si non legendum* προσκ. Certe est verbum forense, quod de denunciatione aliqua dicitur adversario facta, expostulatione servorum ad quæstionem &c. dicitur. (Provocatio adversarii ad explorationem rei dubiæ per tormenta corpori servili admovenda, sive postuletur illud corpus, sive ad quæstionem ultro a reo offeratur, ab accusatore autem recusetur, ea est πρόκλησις. Vocatio autem in jus e πρόσκλησις.)

Προκάλισμα, ατος, τὸ, incitamentum, Phil. A seq.

Προκαλίζομαι, f. ίσομαι, provoco, lacesso. A προκαλέομαι.

Προκαλινδέω, ῶ, f. ήσω, provolvo, volvo ante. προκαλινδοῦμαι, provolvor, volvor ante. προκαλινδηθεὶς, provolutus, aor. 1. part.

Προκάλυμμα, ατος, τὸ, tegumentum, quod prætenditur ad tegendum. 2) prætextus peccati, male facti, Gl. Vet. Phil. protectio. A seq.

Προκαλύπτω, protego, Philox. prævelo, prætego, Gl. Vet. 2) *in med.* prætendo ad me tegendum; item prætexo culpæ, facinori.

Προκάμνω, ante fatigor, laboro, dudum laboro. 2) ante laboro aliquo morbo, vel prius conflictor aliquo morbo seu dolore. Occurrit fere in perf. & aor. 2. προκέκμηκα & προκαμών.

Προκάρδιον, ου, τὸ, quod est sub pectore depressum, molle & carnosum. A καρδία.

Προκάρηνος, ου, ὁ, ἡ, præceps, capite deorsum vergens. A κάρηνον.

Προκαρόομαι, οῦμαι, aor. 1. προκαρωθεὶς, qui ante gravi sopore cum torpore laboravit.

Προκάρπιον, ου, τὸ, quod est ante vel supra juncturam manus cum brachio. A καρπός.

Προκαταβαίνω, ante descendo.

Προκαταβάλλω, præstruo. 2) edo, v. c. decretum, legem.

Προκαταβολὴ, ἡ, præparatio.

Προκαταγγέλλω, prænuncio, ante denuncio, promitto.

Προκατάγγελσις, εως, ἡ, denunciatio prævia. A præc.

Προκαταγινώσκω, ante damno, prædamno. 2) præjudico, præjudicio condemno. προκαταγνωσθέντας, prædamnatos, Phil. aor. 1. part. pass.

Προκατάγνυμι, ante frango, quam sc. incidat.

Προκατάγνωσις, εως, ἡ, damnatio, quæ fit ante caussam cognitam. præjudicatio. Gl. Vet. præjudicium.

Προκατάγω, ante deduco sc. in portum, aut hospitium.

Προκαταγωγὴ, ἡ, deductio in portum ante facta, occupatio portus. A præc.

Προκαταδικάζω, f. άσω, prædamno.

Προκαταδουλόω, ante in servitutem redigo.

Προκαταδύνω, sive προκαταδύω, f. ύσω, ante submergo vel demergo.

Προκαταθετικὸς, ἡ, ὸν, ἐπίρρημα προκαταθετικὸν, adverbium concedendi. A προκατατίθεμαι.

Προκαταθέω, præcurro.

Προκαταθήγω, præacuo.

Προκατακαίω, ante comburo.

Προκατακλίνομαι, ante discumbo.

Προκατακλάω, ante confringo, timore occupo.

Προκατακλίνω, ante reclino seu depono, ante alios accumbere jubeo.

Προκατάκλισις, εως, ἡ, locus superior in convivio. A præc.

Προκατακλύζω, f. ύσω, ante proluo, inundo.

Προκατακοιμίζω, ante sopio.

Προκατακόπτω, contundo.

Προκατακρίνω idem quod προκαταγινώσκω.

Προκαταλαμβάνω, anticipo, anteverto, occupo, præoccupo. προκαταληψόμενοι, occupaturum, Philox. f. 1. part.

Προκαταλεαίνω, prius lævigo.

Προκαταλέγω, ante enarro, enumero.

Προκαταλήγω, ante desino.

Προκατάληψις, εως, ἡ, occupatio, anticipatio. A προκαταλαμβάνω.

Προκαταλύω, f. ύσω, dissolvo, ante everto, & destruo seu aboleo. 2) ante finio, ante finem impono.

Προκαταμανθάνω, ante cognosco.

Προκαταμαντεύομαι, prædico, vaticinor.

Προκαταναλίσκω, ante consumo.

Προκατανοέω, ante intelligo.

Προκατανύττω, ante pungo, vulnero.

Προκαταπίνω, ante devoro.

Προκαταπίπτω, ante concido.

Προκαταπίμπρημι, ante comburo.

Προκαταπλέω, f. εύσω, ante navigo, classe moveo aliquo.

Προκαταπλήττω, ante perterreo.

Προκατάργμα, ατος, τὸ, libamen, quod ante hostiæ percussionem fiebat. A προκατάρχομαι.

Προκαταριθμέω, ante numero.

Προκαταρκτικὸς, ἡ, ὸν, principalis, primarius, præcedens. A προκατάρχομαι.

Προκατάρξις, εως, ἡ, principium & origo. προκατάρ-

ξις

ξις ἐπὶ δίκης, contaflatio litis, Gl. Vet. Ab eod.
Προκαταῤῥήγνυμαι, præfringo, prærumpo, Gl. V.
Προκαταρτίζω, f. ίσω, prius abfolvo.
Προκαταρτύω, tempero, compono.
Προκατάρχω, antavario, antegredior. 2) præpolleo, antiquior loco numeroque habeor. προκατάρχομαι, incipio, v. c. bellum, laceffo. 3) aufpicor, & de lite, contextor, Gl. Vet.
Προκατασκέπτομαι, præmiffus fpeculor, feu exploro, profpeculor.
Προκατασκευάζω, ante ftruo, aut molior, præftruo quidpiam ad id, quod efficare volo. Gl. Vet. præftruo. *In med.* ante mihi paro.
Προκατασκευὴ, ῆς, ἡ, præftructio, præparatio. 2) fchama orationis.
Προκατασκληρύνω, f. ύσω, al. προκατασκληρόω, obdurefco, vatarafco. προκατεσκληρυμένος, obfoletus, vetuftate obliteratus &c.
Προκατάστασις, εως, ἡ, ad narrationem præparatio.
Προκαταστατικὸς, ἡ, ὸν, præparans ad narrationem &c. A præc.
Προκαταστέλλω, fado, placo, comprimo. Euft.
Προκαταστρέφω, f. ψω, anta morior, prius finio vitam, præmature morior.
Προκαταστροφὴ, ῆς, ἡ, mutatio ftatus anta finem. 2) mors præmatura. A præc.
Προκατασύρω, prius populor, vel vafto.
Προκατασχέθω, coerceo. 2) præoccupo, jam pridem poffideo.
Προκατατίθεμαι, anta, prior colloco apud aliquem, fc. χάριν, beneficium, provoco beneficiis. 2) præmitto, prepono.
Προκαταύλησις, εως, ἡ, tibiarum recentium perpolitio & ad ufum ludicra prolufiona præparatio. A καταυλέω.
Προκαταφεύγω, ante val prius confugio. 2) effugio, fuga ma in tutum recipio anta.
Προκαταχράομαι, ῶμαι, me ipfum prius iotarficio. 2) prius abfumo.
Προκατεγγυάω, anta defpondeo. προκατεγγυηθεῖσα, virgo altari jam dafponfa.
Προκατέδω, f. ἔδομαι, anta comedo, abfumo.
Προκατελπίζω, ante fpem concipio, temere fpero.
Προκατεργάζομαι, anta conficio &c. προκατειργασμέναι πράξεις, res anta geftæ.
Προκατέρχομαι, prior dafcando, præcedo, prius eo, feu vanio.
Προκατεύχομαι, preces facio anta, v. c. cœnam.
Προκατέχω, coerceo. 2) jam pridem poffideo, f. obtineo, Gl. Vet. antecapio.
Προκατηγορέω, anta accufo.
Προκατηγορία, ἡ, accufatio præmiffa dafenfioni. A pr.
Προκατηχέω, ῶ, f. ήσω, primus inftituo.
Προκατήχησις, εως, ἡ, prima inftitutio, rudimentum. A pr.
Προκατοπτεύω, idem quod feq.
Προκατόπτομαι, f. όψομαι, prius fpeculor & axploro. 2) aote vidao.
Πρόκειμαι, f. κείσομαι, pofitus fum ante, objactus fum quafi præfidium val propugnaculum. 2) expofitus fum. 3) fitus fum anta, præjaceo. 4) loco publico propofitus, affixus fum. 5) dicitur & da mortuis, cum in feretro jacent compofiti. 6) da pœnis & præmiis, fpa, metu, quæ & latina proponi dicuntur. 7) pro παράκειμαι. Hefych. πρόκειται, παράκειται.
Προκέλευθος, ου, ὁ, ἡ, prævius, qui præit, præcurfor.
Προκελευσματικὸς, ἡ, ὸν, pes metricus quatuor fyllabis brevibus conftans. A κέλευσμα.
Προκελεύω, f. εύσω, cohortor, incito.
Προκέλλω, f. έσω, v. προκέλλω. Haf.
Προκενεαγγέω, anta (fc. medicinam &c.) abftineo cibo.
Προκενόω, ῶ, aota exhaurio. προκεκένωται, jam, dudum exhauftum aft, f. inane factum.
Προκέφαλος, ου, ὁ, ἡ, qui caput habet prominens vel acutum. 2) da verfu, qui fyllaba ab ioitio abundat. A κεφαλή.
Προκήδομαι, curam gero.
Προκήδω, follicitus fum pro vel da aliquo.
Προκήρυγμα, ατος, τὸ, edictum per præconem.
Προκηρυκεύομαι, per præconem edico, promulgo. A faq.
Προκῆρυξ, υκος, ὁ, præco, qui aliquid edicit.
Προκηρύσσω, val-ύττω, f. ξω, præfignifico, anta prædico. 2) per præconem adico. Gl. V. prædico.
Προκιθάρισμα, τὸ, præludium citharifta.
Προκινδυνεύω, f. εύσω, periclitor pro periculum adeo pro aliquo, propugno periclitando, propugno. *Cum Dat.* aft, advarfus aliquem, ap. Thuc. 2) primus ineo prælium. οἱ προκινδυνεύοντες, prima acies.
Προκινέω, ῶ, f. ήσω, promoveo.
Προκιχράω, præcommodo, Gl. Vet.
Προκλαίω, ante fleo, prius defleo. προκλαύσαντες, qui prius deploravarunt, aor. 1. part.
Πρόκλαστος, ου, fractus, defractus, abruptus, cui aliquid præruptum, detractum eft. αἰγιαλὸς πρόκλαστος, idem qui λεγαρὸς, ubi v. Euft.
Προκληδονίζομαι, ominor, auguror.
Πρόκλησις, εως, ἡ, provocatio, condictio, Gl. V. 2) fponfio f. contentio in jure per fponfionem f. etiam faaramantum. 3) conditio. unde δέχεσθαι πρόκλησιν, accipere conditionem. 4) conventio de exhibendo. 5) invitatio, iovitamentum. v. προκαλέομαι.
Προκλητικὸς, ἡ, ὸν, ad provocationem pertinens. 2) provocandi feu aliciendi vim habeos. Ab eod.
Πρόκλητος, ου, ὁ, ἡ, provocatus, promptus. Ab eod.
Πρόκλυτος, ου, ὁ, ἡ, ante divulgatus, dudum notus, antiquus. A feq.
Προκλύω, ante audio f. cognofco.
Προκνήμιον, ου, τὸ, exterius os cruris & minus. A κνήμη.
Προκνημὶς, ῖδος, ἡ, ocrea. Ex iifd.
ΠΡΟ´ΚΝΙΣ, ιδος, ἡ, genus caricæ.
Προκοίλιος, ου, ὁ, ἡ, veotrofus, Gl. Vet. προκοίλιος στίχος, verfus io medio redundans. A κοιλία.
Προκοιμάομαι, ῶμαι, aote dormio, f. obdormii.
Προκοιτέω, ῶ, fut. ήσω, axcubo, excubias ago in pr. ante caftra, in portis. A πρόκοιτος.
Προκοιτεία, & προκοιτία, ας, ἡ, excubiæ, vigiliæ in portis. Ab eod.
Προκοίτιον, ου, τὸ, qf. antecubicolum, antethalamus. Ab eod.
Πρόκοιτος, ου, ὁ, excubitor, in pr. ante caftra, urbem in portis. A κοίτη.
Προκολάζω, f. άσω, ante punio, prius caftigo.
Προκολακεύω, f. εύσω, ante adulor, blandior.
Προκόλπιον, ου, τὸ, anterior finus pars, anterior finus, prominentior pars in finu. A κόλπος.
Προκομιδὴ, ῆς, ἡ, prolatio, Gl. V.
Προκομίζω, f. ίσω, profero, adfero. Gl. V. expromo, promo, antefero.

Προκόμιον, ου, τὸ, anterior coma, antiæ seu capronæ. a) coma, quæ alterius loco ponitur sive circumponitur. A κόμη.

Προκοπὴ, ῆς, ἡ, processus, progressus. a) profectus, incrementum. 3) prærogativa, proventus, Philox.

Προκόπτω, proficio, incrementum capio. a) procedo, Philox.

Προκοσμέω, adorno, apparo.

Προκόσμημα, ατος, τὸ, res, quæ ornatus caussa proponitur, ut vasa in abaco, item ornamenta, deliciæ; ut armillæ, torques &c. item gemma in poculo, monili, fibula &c. A pr.

Προκόσμιος, ου, ὁ & ἡ, mundo antiquior. A κόσμος.

Προκρατέω, ante occupo, ante in potestate habeo.

Προκρεμάννυμι, appendo.

Πρόκρημνος, ον, prominens longe in mare. Epith. saxi, promontorii.

Πρόκριμα, ατος, τὸ, prærogativa, Philox. præjudicium, idem. A seq.

Προκρίνω, præpono, præfero: unde & deligo.

Πρόκρισις, εως, ἡ, delectus. a) præjudicatio, judicii quasi præludium. A pr.

Πρόκριτος, ου, ὁ, ἡ, prælatus, qui præfertur & anteponitur. 2) princeps. 3) delectus. Ab eod.

Πρόκροσσαι νῆες, naves aliæ pone alias collocatæ, scalarum modo. A κρόσσαι s. κροσσός.

Προκρόταφος, ου, ὁ, ἡ, capite propendens seu prominens. Ab eod.

Προκρούω, ante subagito sc. feminam, de coitu. a) extendo vi, ut longius fiat: unde Procrustes nomen habuit, quasi extensor.

Προκτίζω, ante condo.

Προκυβερνάω, ῶ, f. ήσω, q. d. præguberno, sum proreta sive anteriorem navis partem guberno.

Προκυλινδέομαι, οῦμαι, provolvor ad pedes alicujus, more supplicis accedo ad pedes alicui vel alicujus. προκυλινδούμενος, provolutus, Phil.

Προκυλίνδημα, ατος, τὸ, actus provolvendi. A pr.

Προκυλινδέω, provolvo.

Προκύλισις, εως, ἡ, supplicatio, qua sc. supplex ad alius pedes provolvitur. A seq.

Προκυλίω, f. ίσω, provolvo. προκυλισθεὶς, provolutus, Phil. aor. 1. part. pass.

Προκυμαία, ας, ἡ, scil. οἰκοδομὴ vel tale quid, moles opposita fluctibus. A κῦμα.

Προκυμία, ας, ἡ, idem, ap. Joseph.

Προκυμάτιον, ου, τὸ, idem, ap. eumdem.

Πρόκυνες, ων, οἱ, reprehensores, qui prius in latratus & reprehensiones erumpunt, quam dicant, quid reprehensione dignum sit. A κύων.

Προκυνεῖν, dicuntur canes ante inventam prædam latrantes. A pr.

Προκύπτω, f. ψω, inclinans me seu incurvans propendeo, me inclino. a) emineo seu promineo.

Προκυρόω, ῶ, f. ώσω, ante sancio. προκεκυρωμένος, prius sancitus, perf. part. pass.

Προκύων, Procyon s. Antecanis, sidus ab eo appellatum, quod ante canem majorem oritur, Hygin.

Προκώμιον, τὸ, præludium. A κῶμος.

Πρόκωνια, vel πρόκωνια ἄλφιτα, farina ex hordeo recenti & tenero. A κῶνος.

Πρόκωπος, ου, ὁ, ἡ, remex, qui est ad remum. a) districtus, *de gladio*. A κώπη.

Προλαβὴ, ἡ, ansa, manubrium.

Προλαγχάνω, ante sortior, sorte prior fio.

Προλάζομαι, prius apprehendo, anticipo.

Προλάζυμαι, idem.

Προλάκκιον, ου, τὸ, lacuna. A λάκκος.

Προλαλέω, proloquor, declaro.

Πρόλαλος, ου, ὁ, ἡ, præceps in loquendo, garrulus.

Προλαμβάνω, antecapio, præsumo, occupo, anticipo. a) præcedo, prævenio, Gl. V. προλάβωσιν, præsumant, Philox. aor. 2. conj. προλήψομαι, occupabo, Gl. V. f. 1. med. *Dicitur & pro* suscipio ap. Lxx.

Προλάμπω, f. ψω, ante luceo, præluceo. a) splendorem & lucem prodo, illuceo. Phil. προλάμπει, præfulget, antecellit. προλάμπων, antecellens, Phil.

Πρόλαχος, ου, ὁ, ἡ, qui prius sorte obvenit. A προλαγχάνω.

Προλεαίνω, ante lævigo, ante mollio vel complano.

Προλέγω, f. ξω, ante dico, prænarro, prædico, edico, Gl. V. denuncio. a) ante deligo. προλελεγμένος, ante delectus: ap. Hom. delectus.

Προλείπω, f. ψω, relinquo, delero, deficio.

Προλεπτύνω, ante extenuo.

Προλεσχηνεύω, prius garrio, prius colloquor.

Πρόλεσχος, ου, ὁ, ἡ, qui ante alios loquitur, qui alios in sermone prævenit, garrulus. A λέσχη.

Προλευκαίνω, ante dealbo.

Προλεύσσω, prævideo, prospicio.

Πρόλημμα, ατος, τὸ, quod anticipatur, seu anticipando capitur, præsumtio, prærogativa, commodum præcipuum, ut πλεονέκτημα. A προλαμβάνω.

Προλήνιον, ου, τὸ, qs. antetorcular, torcular. οἱ ὁ. A ληνός.

Προληπτικὸς, ὴ, ὸν, anticipans. A προλαμβάνω.

Προληπτικῶς, *Adv.* per anticipationem. A pr.

Πρόληψις, εως, ἡ, anticipatio, occupatio, præsumptio, prærogativa. a) suspicio, divinatio. 3) notiones insitæ de natura divina, ap. Epicureos. a) ap. historiæ scriptores est, cum aliquid dicitur per anticipationem temporis. A προλαμβάνω.

Προλιμνάκιοι ποταμῶν, stagna fluviorum. A λιμνός.

Προλιμοκτονέω, ῶ, prius fame neco.

Προλιχνεύω, prælambendo degusto, ligurio.

Πρόλοβος, ου, ὁ, sinus in avium gutture prominens, in quem primum cibos ingerunt, ingluvies, gurgulio.

Προλόβιον, ου, τὸ, pendula τοῦ λοβοῦ pars in aure.

Προλοβώδης, εος, ὁ, ἡ, similis προλόβῳ.

Προλογίζω, f. ίσω, præfationem dico, præloquor. a) primus in scenam prodiens verba facio. A seq.

Πρόλογος, ου, ὁ, prologus, præfatio, Philox. A λόγος.

Προλούω, præluo, Gl. Vet. *in med.* ante me lavo.

Προλοχίζω, f. ίσω, insidiis occupo.

Προλυμαίνομαι, ante corrumpo, vitio.

Προλυπέω, ῶ, f. ήσω, ante incommodo, injuria adficio.

Προλύπησις, εως, ἡ, injuria prior. A pr.

Προλύται, οἱ, prolytæ, lytis in jurisprudentia provectiores. λύται autem dicebantur a solvendis quæstionibus. A λύω.

Πρόμακρος, ου, ὁ, ἡ, oblongus, prælongus.

Προμαλακτήριον, ου, τὸ, prima pars balnei, in qua corpora lavantium præmolliebantur. A προμαλάττω.

Προμαλακύνω, præmollio, prius emollio.

Προμαλάσσω, vel -ττω, f. ξω, idem.

Πρόμαλος, ου, ἡ, vitex. a) myrica. A μαλὸς, sive ἁμαλός.

Προμάμμη, proavia, Phil. abavia, Gl. V.

Προμανθάνω, q. d. prædisco, ante disco. προμαθὼν, prædoctus, qui prius didicit, aor. 2. part.

Προμαντεία, ας, ἡ, prævaticinatio. 2) in oraculo conſulendo princeps locus alicui honoris cauſſa datus.

Προμαντευμα, ατος, τὸ, præſagium, Gl. Vet. A ſeq.

Προμαντεύομαι, f. εύσομαι, vaticinor, prædico. Gl. V. præſagio.

Προμαντεὺς, έως, ὁ, oraculi antiſtes.

Προμάντις, εως, ὁ, ἡ, idem. Phil. præſaga.

Προμαρτύρομαι, ante teſtor, prænuncio.

Προμαχέω, ῶ, in prima acie pugno. 2) propugno, defendo. A πρόμαχος.

Προμαχεὼν, ῶνος, ὁ, propugnaculum. Gl. Vet. Ab eod.

Προμαχίζω, f. ίσω, in prima acie pugno. 2) propugno, defendo. Ab eod.

Προμάχομαι, f. έσομαι, propugno, q. d. præpugno, pugno ante.

Πρόμαχος, ου, ὁ, ἡ, qui pugnam init in prima acie, anteſignanus. 2) propugnator. A μάχη.

Προμαχὼν, ῶνος, ὁ, propugnaculum. Phil. προμαχῶνες, propugnacula, Phil. A pr.

Προμεθύω, ante ebrius ſum, prius inebrior.

Προμελετάω, ῶ, f. ήσω, meditor, commentor, exerceor, ut ſi cui ſit oratio habenda, iſque domi ſuæ periculum memoriæ geſticulationiſque ſuæ faciat.

Προμελέτησις, εως, ἡ, meditatio, commentatio. A pr.

Προμένειον, τὸ, genus mali ap. Nic. a quodam Promene dictum.

